

Tempore autem praesertim dominici Adventus, postquam ad populum illum frequentibus concionibus habitis, plurimum laborasset, et jam praecipua capita fere, inculpatae vitae suae exemplo, sancta conversatione ac salutaribus efficacibusque sermonibus, in verae catholicae, apostolicae et romanae ecclesiae semitam veterem reduxisset, ita ut ex illis aliqui Malantii et Meyenfeldae publice fidei professionem fecerint, alii ad idem praestandum votis et animo parati essent; anno tamen sequenti 1622, sacratissimae quadragesimae appropinquante tempore, vere Fidelis servus, singulari industria magnoque fervore, vocationi suae invigilare, missionemque suam prosequi coepit, (88) inque majoris partis Pretigauensium, Zizarensium, videlicet Malantiorum, Seviensium, Grütscherorum, Küblitzerosorum,<sup>191</sup> Meyenfeldensium, etc. corda, quorum jam pars ipsum semel, pars iterum, iterumque concionantem audiverat, semen divini verbi largiter disseminavit. Illa sancta intentione, ut laeto paschali adveniente tempore, messem multam demereret, plurimosque fructus in horrea Domini sui, fidelis servus inferret.

Contigit ergo ut die 14 mensis aprilis e Veldkirchio in Pretigauiam ad spirituales illam messem colligendam ascenderet, facta prius ad magistratus primarios charitativa super defectus quosdam civitatis Veldkirchensis, exhortatione. Ast ubi eo ventum, omnia turbata, insidias, occulta conventicula, factiones diabolicas, statumque Pretigauensium, praeter expectationem periculosissimum invenit. Unde pro remedio aliquo afflictissimis illis rebus afferendo, media summa industria et dexteritate extrema tentavit; interim tamen subitanam aliquam commotionem, et tumultum ortum iri non frustra timebat; itaque fortis athletae instar, se ad fidei certamen fortiter pugnandum praemuniebat, conscientiamque quotidiana exomologesi<sup>192</sup> Deo Creatori ac Redemptori suo puram, immaculatamque conservare studebat, utpote, qui nec ad momentum se vitae securum praeviderat. Hinc etiam non multo ante Reverendissimo D. Abbati S. Galli,<sup>193</sup> S. Romani Imperii Principi, scribens, litteris se, animo quasi praesago, subscripsit: Frater Fidelis, brevi esca vermium.<sup>194</sup>

Non itaque opinio haec, dispositio et sancta illa providentia, ab omnibus imitanda, vana fuit. Siquidem cum die 24 praedicti mensis aprilis, quae erat dies dominica, (89) ante S. Marci, prius profusus lachrymarum imbribus socio suo P. F. Joanni<sup>195</sup> confessionem fecisset, et in pago Grütsch

<sup>191</sup> Küblis, Gemeinde im Prätigau, gehört jetzt zur katholischen Pfarrei Klosters.

<sup>192</sup> Exomologesis: Bekenntnis, Beicht, Buße.

<sup>193</sup> Fürstabt von St. Gallen war damals Bernard Müller von Ochsenhausen in Württemberg, regierte 1594—1630. An ihn sind noch zwei Briefe des hl. Fidelis erhalten, datiert 31. Juli 1621 und 13. September 1621. Ferdinand della Scala a. a. O. [10f und 13].

<sup>194</sup> In den noch erhaltenen Briefen an den Abt von St. Gallen fehlt aber die vom hl. Fidelis gewöhnlich gebrauchte Bemerkung: „Speise der Würmer“.

<sup>195</sup> P. Johann Brunner von Grünwangen. Siehe oben S. 49, Anm. 65.



sacro missae officio peracto, ad populum concionem habuisset, praedicto socio, pro confessionibus excipiendis, et populo catechizando, ibidem relicto, cum serenissimi D. Leopoldi archiducis<sup>196</sup> Austriae, etc., capitaneo D. Felsio et nonnullis aliis scolopetariis, versus pagum Sevis ascendit, ut et inibi praedicationis munus obiret.

Durante ipsa concione, nonnihil turbarum et tumultus, ut ipsi videbatur, exoriri coepit, unde bis, terve concionem interpolando, substitit; D. capitaneum, ac si serio quid ei dicere vellet, aspexit, attamen in sua concione perrexit, illaque ad finem jam prope perducta, Pretegauenses, in quorum manibus opus iniquitatis, coadunatis viribus, cum omnis generis gladiis et armis, bombardis,<sup>197</sup> hastis, fustibus, furcis et sparis,<sup>198</sup> etc., inopinato certatim in ecclesiam irrunt, globum bombardae versus P. Concionatorem explodunt, a quo tamen tactus non fuerat. Itaque ex ambone descendit, ac coram altari flexis genibus Deo, Deiparaeque Virgini se commendans per posticum chori una cum D. capitano egressus est, animo se conferendi in Grütsch ad militem praesidiarium: ubi omnia jam etiam turbata et ad arma conclamatum facile audire poterat.

Sed vix ad tertium lapidis jactum pervenerat, pedes Pretegauensium ad malum currentium et festinantium ad effundendum sanguinem innocentem, quorum cogitationes, cogitationes iniquae et inutiles, in quorum viis vastitas et contritio, qui viam pacis nescierunt, instar leonum rugientium concito (90) eum cursu insequuntur, ac in prato quodam declivi, octo decim aut viginti circiter viri ipsum circumstant, et quasi vultures contra columbam meditando gementem, et velut lupi adversus agnum ululabant, clamantes, ut se ipsis captivum redderet. Quibus ipse, ut quaedam catholicae personae quae concioni illius intererant, et eadem via salutem quaerebant ejus vestigia sequentes, retulerunt, respondit: „Hoc non facio“. Replicant illi: „Si te nobis sistis captivum, bene; sin minus, interficiemus te.“ Et ipse: „Hoc facere potestis, ego jam Deo et dilectae ejus Matri virgini Mariae me recte commendavi. At cavete ne facti hujus vos poeniteat.“<sup>199</sup> Quibus auditis, fremebundi super ipsum irruentes, caput per medium ipsi diffindere conantur, sed irrito conatu, attamen duo saevissima, gravissimaque vulnera occipiti<sup>200</sup> inflixerunt, duasque partes cum cute, carne et ossibus avulserunt, ut clare et distincte in cranio

<sup>196</sup> Erzherzog Leopold V. (1586–1632), Bruder des Kaisers Ferdinand II. von Österreich (1619–37), hatte seit 1618 die Regierung von Tirol und der Vorlande inne. Siehe HF 6, S. 38, Anm. 28.

<sup>197</sup> bombardis, siehe oben S. 200, Anm. 112.

<sup>198</sup> sparus oder sparum, ein dem Landvolk eigentümlicher, kurzer Jagdspeer: ein Schaft von Holz, oben mit einer eisernen Spitze, die noch mit einem Widerhaken versehen ist.

<sup>199</sup> Die Worte des hl. Fidelis sind im Original rot geschrieben.

<sup>200</sup> occiput, occipitis, Hinterhaupt.



quod, uti diximus, Veldkirchii in Fratrum capucinatorum monasterio aservatur, etiamnum videre licet. Praeterea alius adhuc ictus latitudine ducatonis, rupturaeque aliae fustibus inflictae, in occipite apparent, quae postmodum a fratribus meliori quo fieri potuit modo, iterum conglutinatae sunt. Itaque ollae testaceae<sup>201</sup> instar, caput, in frusta<sup>202</sup> fustibus perfractum, in partes dissolutum fuisset, nisi cutis beneficio cohaerentes mansissent. Latera taliter fustibus contuderunt, gladiis perforarunt, ut circa pectus sanguis undique emanaret, prout pars habitus circa illas partes, sanguine adhuc respersa, signaque ictuum in ea inventa, indicio esse possunt. Aedituus<sup>203</sup> etiam, qui una cum patre suo, funus e prato et loco (91) martyrii ad cimiterium Sevisianum deportaverat, pedem alterum majori ex parte, circa juncturam, abscissum fuisse, testatur.

Hoc tam immane, tamque crudele latrocinium, inter decimam et undecimam, die et loco praenominatis accidit. A quo tempore in viridi prato cadaver vulneribus plenum, sanguineque perfusum, usque ad horam circiter octavam diei sequentis inhumatum jacuit. Tunc primum ad instantiam P. Joannis ex Krüewangen socii sui, qui Grütschii etiam vulneratus in vinculis detinebatur, a praenominato Aedituo in sevisiano cimiterio, sex batziorum recepta consueta mercede, tumulatum fuit.<sup>204</sup>

Caeterum aedituum illum, corpus satis pie, christianoque more, sepeliisse postea cum iterum exhumaretur apparuit. Caput enim caputio involvit, manus cancellatim plicatas pectori superposuit, alteram solearum loco pulvinaris capiti supposuit, alteram vero in pede reliquit, ut et habitum integrum, quem corpori religiose adaptavit;<sup>205</sup> e collo pensilem<sup>206</sup> Agnum Dei et crucem hispanicam<sup>207</sup> habuit. E medio sepulchri flos, cujus cau-

<sup>201</sup> olla — Topf, Hafen; testaceus — aus gebrannter Erde; testa — alles aus Ton Gebrannte.

<sup>202</sup> frustum — Stücklein.

<sup>203</sup> Aedituus — Tempelhüter; es handelt sich um den Mesner von Seewis: Johann Johannis, vulgo Stutzhans. Della Scala l. c. 147, 156.

<sup>204</sup> Die blutige Leiche des Märtyrers lag vom Vormittag des 24. April bis zum Vormittag des 25. April unbeerdigt im Freien. Der Mesner forderte den Lohn von P. Johannes von Kürwangen, der ihm erwiderte, die Kapuziner haben kein Geld. Der Mesner drang zornig auf Zahlung für die Beerdigung. Da verabreichte ihm der gefangene Hauptmann Joachim de Colonna so viel, daß er befriedigt war. Della Scala, l. c. 157.

<sup>205</sup> Diese genaue, bis in Einzelheiten gehende Beschreibung läßt auf den Bericht eines Augenzeugen schließen.

<sup>206</sup> Agnus Dei als Sakramentale ist ein ovales Wachstäfelchen mit dem Bildnis des Lammes Gottes und wird vom Papst im ersten Jahr seiner Regierung, dann in der Regel alle sieben Jahre gesegnet. Beringer Fr., Die Ablässe, ihr Wesen und Gebrauch I (Paderborn 1921) 500f. Sehr wahrscheinlich hat der hl. Fidelis ein solches erworben, als ihn eine sechsjährige Studienreise (1604—10) u. a. auch nach Rom führte. Della Scala S. 18—20. Merkwürdigerweise nennt aber der Biograph das Agnus Dei „Amulet“. Della Scala 156.

<sup>207</sup> Crux Hispanica — es handelt sich wohl um das sog. Santiago-Kreuz oder St. Jakobskreuz, das die Ritter des hl. Jakob vom Schwerte (auch von Compostella) als Ordensabzeichen auf der Brust trugen. Es ist ein rotes, schwertförmiges Kreuz, dessen Quer-



lis<sup>208</sup> duarum ulnarum<sup>209</sup> altitudinem excedebat, excrevit, quem decerp-  
tum quidam miles ex praesidiariis, quasi rem miram et novam Curiam  
deportavit, siquidem in toto illo cemiterio flos similis hactenus nunquam  
enatus fuerat. Hujus fratres capucini loci Veldkirchensis, caulem secum  
asportarunt; flavus is ac rubicundus apparebat, non aliter quam si san-  
guineis guttis fuisset perfusus. Caput, eo quod jam a corpore avulsum  
esset, fratres secum Veldkirchium sumpserunt; ac post dies octo, ipso  
die festo S. Lucae Evangelistae, corpus in novam tumbam collocatum,  
et in civitatem Meyenfeldensem rheda translatum in aedibus capitanei  
Gugelbergeri,<sup>210</sup> quas perillustris et generosus D. Alwig, comes a Sultz<sup>211</sup>  
copiarum austriacarum (92) praefectus incolebat, in fornice quodam as-  
servarunt, donec praesidium militare exinde Curiam moveret; Illustrissi-  
mus si quidem ac reverendissimus D. Episcopus curiensis,<sup>211\*</sup> et venera-  
bile capitulum cathedrale ut in sua ecclesia cathedrali sepeliretur instan-  
ter petierant.

Die sequenti civitas Meyenfeldensis tota igne absumpta est. Quo tempore  
ventus validus versus civitatis castrum, in quo omnis generis apparatus  
bellicus, et 27 vasa pulveris tormentarii, ac annonae militares erant, flam-  
mas ac favillas ignis adegit, et super ipsa pulveris pyrii<sup>212</sup> vasa detulit,  
ut aliud nihil quam totius castrum in partes disruptio, militumque totalis  
peremptio timenda foret. In ea omnium consternatione et metu, praefatus  
perillustris D. Comes a Sultz, non sine divina, ut pie creditur, inspira-  
tione, tales cogitationes penes semetipsum volvere coepit: Si Pater Fi-  
delis sanctus est, tunc illius indubitata intercessio, ut spero, apud Deum  
omnipotentem tantum valebit, ut ex tantis periculis eripiamur.<sup>213</sup> — Co-  
gitatum factum; nam subito miraculose ventus a praefato castro partem  
in contrariam se vertit, et scintillae super pulverem tormentarium prolap-  
sae, quamvis die praecedenti de illo pulvere militi distributum et nonni-

arme lilienartig endigen. Herders Konversationslexikon 4, 991; Doyé, Verzeichnis der  
Heiligen und Seligen (Leipzig 1929) 540. Da der hl. Fidelis auf seiner Studienreise etliche  
spanische Provinzen bereiste — so berichtet er in seinem Testament — liegt der  
Schluß nahe, daß er in Spanien das spanische Kreuz kennengelernt und erworben hat.  
Della Scala 35.

<sup>208</sup> caulis — Stengel, Stiel einer Pflanze.

<sup>209</sup> duarum ulnarum altitudinem — zwei Ellen hoch. Nach andern Zeugen hatte die Wun-  
derblume am Grab des hl. Fidelis ungefähr einen oder zwei Fuß Länge. Della Scala  
177f.

<sup>210</sup> Rudolf von Gugelberg aus einem alten bündnerischen Geschlecht, mit Sitz in Maien-  
feld. HBL 4,2. Rudolf von Gugelberg war einer der ersten Konvertiten des hl. Fidelis,  
der den Edelmann in vielen Stunden der Nacht im katholischen Glauben unterrichtete.  
Della Scala 99.

<sup>211</sup> Sulz (Sultz) von, ein altes schwäbisches Grafengeschlecht; Alwig (Allwig) von Sulz  
(† 1632), Herr von Meinzberg, war Führer der Expedition Österreichs gegen Bünden  
1622. HBL 6, 601, 602; Della Scala 170 und passim.

<sup>212</sup> pulvis pyrius — Schießpulver; pyrius aus dem Gr. pyr — Feuer.

<sup>213</sup> Diese Anrufung des hl. Fidelis ist im Original rot geschrieben.



hil hinc inde, ut facile fit, dispersum, et in solo disseminatum jacuerit, damnum tamen in nulla parte intulerunt. Unde praedictus D. Comes animo resumpto, populoque a se animato, ad arcem conservandam prope-  
ravavit; jam enim tectum ex anteriori parte arserat versus atrium; sed denuo ignis extinctus, omnes munitiones, annonae, ipsaque arx, sine dubio, praenominato interveniente suffragio, salva et illaesa conservata fuere; uti D. Comes litteris propria manu exaratis, proprioque sigillo munitis, testatus est.<sup>214</sup>

Die quinto novembris copiae militares Curiam ascenderunt, et illuc secum corpus P. F. Fidelis asportarunt, (93) quod interim, civitate Meyenfeldensi in cineres redacta, in castris sub dio, contra coeli tamen inclementiam praemunitum, a milite diu noctuque custoditum fuerat. Cum autem jam prope civitatem ventum esset, D. Comes a Sultz prior ingressus, Venerabile cathedrale capitulum de adventu corporis praemonuit, eoque denuo civitatem egresso, statim R. R. D. D. Canonici in clericali suo habitu, cum cruce, albisque<sup>215</sup> vexillis extra civitatem processionaliter corpori obviam processerunt, non sine civium curientium admiratione et consternatione, cum simile quid, ab hominum memoria visum non fuerit.

Cum ad portas civitatis perventum, D. Comes milites in ordines distribuit, ipsumque corpus quod inter Sultzianas et Salisburgenses copias medium vehebatur, in principio collocari, de curru deponi et feretro imponi curavit, tapete viridi ex byssino contexto, alioque tapete rubeo, flavis floribus intexto, superinjecto; super tapete pulchrum sertum, ramisque palmae jacebant. Primo omnium crux et vexilla praecedebant, cantores et R. R. Domini canonici, hos, duo chorales insecuti, cum duobus sertis, et totidem palmarum ramis; hos in dextris,serta in sinistris manibus gestantes. Cantores loco Requiem, figurali cantu litanias Deiparae Virginis per civitatem decantarunt. Post illos duos pueros, corpus a quatuor officialibus salisburgensibus praelatum, quorum unus tumulti Pretegauensi interfuit, invasus quidem sed non interfectus, P. F. Fidelem sepeliri vidit; postea divina ope, meritisque Deiparae Virginis<sup>216</sup> e vinculis solutus, per praeruptos altissimosque montes se in libertatem vindicavit, locumque sepulturae Fratibus Capucinis postmodum ostendit. Corpus D. Comes a Sultz pedes, detectoque capite religiosa (94)

<sup>214</sup>Die wunderbare Begebenheit ist mehrfach, auch im Zeugenprozeß, bestätigt. Della Scala 182f.

<sup>215</sup>Man beachte, daß die Leiche des Märtyrers nicht mit schwarzen, sondern mit weißen Fahnen begleitet wird. Also mehr ein Triumphzug als ein Leichenbegängnis.

<sup>216</sup>Cantus figuralis — Figuralgesang, ist im Gegensatz zum einstimmigen Gesang, bes. zum Choralgesang (cantus planus), mehrstimmige, kontrapunktische Musik. In einem besonderen Sinn ist das Wort im 16. und 17. Jahrhundert angewendet worden. Herzfeld Friedrich, Lexikon der Musik (Berlin 1957) 149f.



devotione immediate comitatus est; quem ipsi capitanei, cives aliquot curienses, ac Rhети catholici, et post hos praesidium militare, cum tympanis, fistulis, vexillisque per aera volantibus, insecuti sunt.

Ad primum civitatis ingressum omnes cathedralis templi campanae ad ecclesiae introitum et organa pulsata, quodam e Rdissimis canonicis ad medium horae e suggestu perorante. Sermone finito corpus in cryptam deportatum, inibique terrae iterum commendatum est, hymno Te Deum laudamus interea a RR. DD. Canonicis et organo alternatim decantato.

Verus hic ac fidelissimus Dei servus P. Fidelis postquam martyrium subiit, cuidam Reverendissimo Abbati ordinis s. Benedicti,<sup>217</sup> cujus nomen sanctimoniam redolet, P. Fideli olim familiaris, paulo post apparuit, uti ex propriae manus attestazione ejusdem D. Abbatis, sub Datum in monasterio Brigantino, 4 Januarii 1623, constat.<sup>218</sup> Nam post festum sancti Marci Evangelistae, videbat in somno duos Patres capucinos in aliquod splendidum habitaculum ad se intrare; primo autem aspectu, non nisi lucem et fulgorem praeferentem notavit, quo territus cogitabat, quidnam hoc esset; protinus vidit esse Patrem Fidelem; gestiens igitur, et simul occurrens, exclamabat: O Pater Fidelis venit!<sup>219</sup> volebatque tunicae fimbriam deoculari, at ille, quasi humi toto corpore procumbens, ad se tunicam attraxit, cogitans se ipsius alloquio indignum; et ita disparuit. Ignorabat autem bonum Patrem interfectum et martyrii laurea decoratum, mane tamen in haec verba prorupit: Puto patrem nostrum Fidelem martyrizatum.<sup>220</sup> (95)

**Annotatio quorundam miraculorum quae post obitum P. Fidelis  
Deo cooperante singulariter acciderunt.**

**Apollonia**, uxor praefecti civitatis Veldkirchensis, erga P. Fidelem, dum adhuc in vivis aget, tanquam suum confessarium patremque spirituales singulare semper confugium habuit, eumque martyrio jam affectum, sin-

<sup>217</sup> Es betrifft P. Plazidus Vigell (Vigel), Abt des Benediktinerstiftes Mehrerau bei Bregenz (1616—50), ein Freund des hl. Fidelis. Noch sind fünf Briefe erhalten, die der hl. Fidelis an den Abt gerichtet hat. Della Scala, Anhang, Briefe 3, 4, 8, 10, 14. Durch seine Bemühungen kamen die ehrwürdigen Väter Kapuziner nach Bregenz, und seither ist das gute, freundschaftliche Einvernehmen mit ihnen geblieben und selbst auf die neu erstandene Mehrerau übergegangen. Abt Plazidus hatte schwere Jahre gesehen: Die schreckliche Pestplage von 1635 und die Schwedeneinfälle; doch verlor er den Mut und das Gottvertrauen nicht. 100 Jahre Zisterzienser in Mehrerau: 1854—1954 in: Mehrerauer Grüße, Neue Folge 1, 1954, 15. P. Plazidus verfaßte eine Biographie des hl. Fidelis an den Abt gerichtet hat. Della Scala, Anhang, Briefe, 3, 4, 8, 10, 14. Durch

<sup>218</sup> Dieses Aktenstück kennt P. Ferdinand della Scala nicht; er beruft sich einzig auf die Aussagen des Abtes im Churer Seligsprechungsprozeß 351, 352. Della Scala 158.

<sup>219</sup> und <sup>220</sup> Diese Sätze im Original rot.



gulari devotione prosecuta est. Domina haec, jam decimam prolem enixa fuerat, semperque ante, in et post partum in lethalem morbum incidit, ita ut multoties jam conclamata velut mortua fuerit, salutaribus tamen remediis e mortis periculis eruta. Itaque, cum jam denuo uterum gestaret, jamque dies ejus impleti essent ut pareret, B. P. Fideli, tanquam patrono suo singulari sese devotissime commendavit, et christiano more confessione facta, sacraque communione refecta domum revertitur, et vasculum e quo P. Fidelis bibere consueverat, sibi afferri petiit, ut ex eo animo devoto primum jusculum et haustum sumeret. Quo facto, vere dicere potuit illud Isa. 63:<sup>221</sup> Oblivioni traditae sunt angustiae priores, et quia absconditae sunt ab oculis meis.<sup>222</sup> Ecce enim dolores partus illam leniter admodum, et valde tolerabiliter invaserunt, unde statim quasi sine dolore, cum gaudio, exultatione et admiratione omnium, filiolum enixa est: ante, in et post partum adeo levis, sana ac robusta permanens ac si nunquam gravida fuisset, cum tamen ante iisdem temporibus lethaliter laboraret. (96)

Alia mulier Catharina Bertschin dicta, de Fallentur parochiae Frastentz prope Veldkirchium, jam spatio duorum annorum cum dimidio, morbo quodam gravissimo detinebatur; cumque illud his temporibus plurimum ingravesceret, nec ullae corporales medicinae, quamvis plurimae adhibitae, quidquam profuissent, sed res in pejus vergerent, adeo ut semper animo ipsius obversaretur, quod manus sibi violentas injicere deberet,<sup>222\*</sup> nec amplius sive liberos, seu rem domesticam curaret. Omnia igne flagrantia esse tandem arbitrata, tantas septem mensibus omni somno destituta perpessa est angustias, ut intuentes ad magnam compassionem moveret. Haec quamprimum particulam de cingulo P. Fidelis ad collum suspendit, melius habere, et statim prima nocte dormire coepit; ac quidem tam suaviter ac profunde, ut maritum a nocturna vigilia revertentem non adverterit; eodem etiam vesperi, liberos materno amore prosequi, remque domesticam, ut prius, administrare perrexit.

In castris Veldkirchianis cujusdam militis uxor, triduum jam angustias partus angebatur, cumque dolores nec naturales, nec partui deservire viderentur, adstantesque mulieres de mediis multis, quibus morti vicina succurreretur, cogitarent, tandem in mentem venit capucinatorum spirituale auxilium esse quaerendum. Fratres itaque requisiti infirmas succinctorium P. Fidelis miserunt, quocum praecincta fuisset, statim obdormivit, et post

<sup>221</sup> Is. 23,65.

<sup>222</sup> Der Schrifttext im Original rot.

<sup>222\*</sup> Hier ein Beispiel einer unvollendeten, lateinischen Periode. Man könnte etwa korrigieren: sed res in pejus vergerent, semper animo ipsius observabatur, quod manus sibi violentas injicere deberet nec amplius...



horae quadrantem iterum evigilans, pristinos (97) dolores recessisse, et naturales accessisse, animadvertit, faciliterque sine periculo, magno suo solatio et gaudio, post quadrantem cum stupore omnium, formosum infantulum peperit.

**Die 16. Januarii 1623,** Georgii Gesleri Veldkirchensis Frauenfelda ludimoderatoris,<sup>223</sup> et Ursulae Höfflinin uxoris ejus, filiola semestris graviter admodum aegrotare coepit ita ut ipsi pectusculum valde intumuerit, toto quadriduo somni quietem non coeperit, parum admodum alimenti sumpserit, et extra cunas esse, aut a matre se tangi sustinere non potuerit; adeo ut ulterioris vitae spes nulla superesset; multoque minus quid in ea lateret, dignosci potuisset. Cum vero a quodam P. Capucino duas particulas de panno sudatorio P. Fidelis fideles parentes accepissent, et ex collo infantulae suspendissent, mirum dictu, illa ipsa hora, naturali iterum somno correpta, ac sequenti die par vomitum et secessum serio purgata, tertio die integrae sanitati restituta est.<sup>224</sup>

**Anno 1633** filiolum habuit D. Matthias Gasser, nomine Elisabetha Gasser, annorum circiter quinque, quae ambos pedes habuit adeo debiles, ut nec stare, multo minus gressus formare posset; trinovice ad cranium P. Fidelis defertur, et pedes in ejus sandalia immittuntur, qui ita consolidati sunt, ut quocumque vellet, deinceps perfecte ambularet.<sup>225</sup>

**Ejusdem** Matthiae Gasser filius, Franciscus nomine, qui curvum pedem habuit ex utero matris, delatus ad P. Fidelis cranium eodem attactus, postquam paululum in ejus sandaliis stetit, pedem rectum acquisivit, nullo curvatis signo deinceps remanente. (98)

**Dominus** Jeremias Berger medicinae doctor Veldkirchii, filiolum habuit Jeremias nomine; is in alterius pedis junctura, tantos dolores perpessus est, ut nullatenus, adhibitis etiam paternis remediis, et cujusdam chyirurgi sedulis officiis, incedere posset; ex solo cranei P. Fidelis contactu, plene convaluit, anno 1633.

**Non** minus miraculosa fuit Andreae Vögelin, civis Veldkirchensis, filiulae Margarithae Vögelin sanatio; haec enim tortuosos ac deformes pedes cum haberet, in sandaliis P. Fidelis, personae alicujus adminiculo sustentata, tanti patroni suffragantibus meritis, pedes rectos accepit.

<sup>223</sup>Ludimoderator, ludimagister — Schullehrer, Schulmeister; ludus hat auch die Bedeutung von Schule als Übungsplatz.

<sup>224</sup>Siehe Della Scala 198.

<sup>225</sup>Auffällig die vielen Fußleiden und die besondere Macht des hl. Fidelis, darin zu helfen. Diese wunderbare Heilung und die noch folgenden wunderbaren Gebetserhörungen kennt P. Hieronymus Gundersheimer in seinen Annalen nicht. PAL t.115, 407—09; vgl. Analecta OFM Cap. 15, 184—85.



Michael Herzog et ejus conjux Catharina Kolerin ex Silva Brigantina, facto voto circa annum 1630 adeundi locum ubi cranium P. Fidelis aservatur, pro filio, non solum muto, sed et plurimis morbis gravato, statim eidem filio et loquelam et integram sanitatem, meritis P. Fidelis, adepti sunt. Hoc testati sunt, cum denuo circa annum 1634 ad reddendas gratias Deo et benefactori, pro sanitatis continuatione ad locum ubi cranium quiescit, accessissent.

Ursula Mägdlin ex Reüttin, montis S. Valentini,<sup>226</sup> districtus Rheinach, filium habuit, Casparus nomine, cui cum carneus globus, qui juxta auriculam creverat, notabilem deformitatem causaret; quem cum ad P. Fidelis miraculosum cranium vovisset, globus subito evanuit, an. 1634.

Ea ipsa die et anno, Agatha Büchlin eodem loco oriunda, filium habuit octo foedis apostematibus<sup>227</sup> graviter laborantem, qui pariter emisso et reddito voto P. Fidelis, continuo convaluit. (99)

Clavis quaedam jam pendula,<sup>228</sup> ubi cranium P. Fidelis reconditum est, e corpore Catharinae Khinpfli<sup>229</sup> ex Appenzella exivit, quamprimum Daemon, meritis P. Fidelis, nullo alio adhibito exorcismo, adjuratus fuit; in qua clavi residebat daemon nomine rebellis, cum duabus malignorum spirituum legionibus; qui omnes per B. P. Fidelis intercessionem ita expulsi sunt, ut dicta Catharina in hodiernum diem sit liberata. Et hoc miraculum accidit 1628.

Margaritha Gottrauw, nobilis virgo Friburgensis Nuithonum, trium annorum [spatio] quasi intolerabili dolore ita afflicta fuit, ut vix cibum sumere et multo minus digerere posset; facto voto, se devotissime P. Fidelis, alias sibi familiariter noti, meritis commendat et optatam sanitatem subito recuperat.

Tantis inquit in propriis manibus ad R. P. Ludovicum Lucernensem<sup>230</sup> capucinum exarata epistola, anno 1634, 10 Novembris,<sup>231</sup> praedicta virgo

<sup>226</sup> Reüttin montis S. Valentini — das heutige Rüthi im Kanton St. Gallen; die Kirche auf einer Anhöhe ist dem hl. Valentin geweiht; einst ein vielbesuchter Wallfahrtsort. HBL 5, 746; P. Laurenz Burgener OFM Cap.: Die Wallfahrtsorte der Schweiz 2 (Ingenbohl 1864) 35—36.

<sup>227</sup> apostema — Geschwür.

<sup>228</sup> clavis pendula? ob eine innere Verwachsung (Bubon), oder ob ein Karfunkel; ob ein heftiger Kopfschmerz (clavis hystericus), mit dem Gefühl, als ob ein Nagel durch den Kopf getrieben wäre; oder Hühnerauge (clavus, med. — Hühnerauge)?

<sup>229</sup> Khinpfli. In Appenzell kommt das Geschlecht Knöpfel (Knüpfel, Knüpfel) um 1400 vor. Koller und Signer, Appenzeller Wappen und Geschlechterbuch (Bern, Aarau 1926) 169.

<sup>230</sup> P. Ludwig von Wyl aus Luzern, siehe oben S. 51, Anm. 74; HF 8, 146, Anm. 93.

<sup>231</sup> Das Datum bezeugt, daß P. Rudolf noch im November 1634 an seiner Chronik geschrieben hat.



Margaritha Gottrauw, ante decennium angebar stomachi doloribus, ut ego et multi alii, me vermem aliquem in ventre fovere arbitraremur; prae incredibili quem patiebar dolore continui vomitus angustias adeo augentes ac duplicantes subsequebatur, ut nervi venaeque disrumpi viderentur; (100) nullum cibum retinere poterat stomachus, qui alias adeo mihi illum sumentis insipidus et contrarius erat, ut effari satis non possim, qualem idcirco per omnia corporis membra imbecillitatem contraxerim. Percunctor, et anceps haereo quem sanctorum in tantae angustiae auxilium invocem; occurrit tandem B. Pater Fidelis; quem sic alloqui confidenter coepi: o B. P. Fidelis, credo te in albo sanctorum martyrum inscriptum, cum illis in gloria summi Dei triumphare; rogo te, si mea petitio voluntati divinae minime repugnet, ut mihi, non omnimodam sanitatem impetrare digneris, sed haec tria duntaxat indulgere; primum, ne amplius tam acutos acerbosque dolores stomachi patiar; secundum ne tam crebro evomere cogar; tertium ne tantam ciborum nauseam deinceps experiar; et tibi, o patrone mi, firmiter polliceor me quotannis, quantum fieri licebit, in ipsa die qua martyrii laurea decoratus fuisti, sanctissima poenitentiae et eucharistiae sacramenta frequentaturam, missam celebrare curaturam in honorem sanctorum martyrum, cum in honorem tui necdum celebrare liceat; offeram insuper ceream imaginem et elemosinam pro posse distribuam. Ecce invocatione B. P. Fidelis facta votoque emisso, die sequenti remittit dolor stomachi, et fit tolerabilis, cessat vomitus tam frequens, et sapit cibus, quam gratiam meritis B. P. Fidelis accepi.

**Ejusdem** virginis famula, postea viro copulata, post puerperium lacte omnino destituitur; suasu praedictae virginis, tria Pater et Ave singulis diebus se dicturam in honorem P. Fidelis, pollicetur, et, mirum dictu, lacte abundavit, antequam domum regrederetur.<sup>232</sup> (101)

## Missio Rhetica

**Cardinales** eminentissimi de Propaganda Fide<sup>233</sup> tanquam vigilantissimae firmissimaeque columnae totius Ecclesiae Dei, missionem Rheticam ab archiduce serenissimo Leopoldo foelicissimae recordationis promotam confirmarunt. Anno enim 1622, cum idem serenissimus archidux Frisburgi Brisgoiae ageret, 16 febr. litteris ad R. P. Provincialem, aliquot P. P. Capucinos ex provincia helvetica in Engaddinam, qui ibidem pau-

<sup>232</sup> Diese Absätze **Ejusdem** und **Tantis** bis zum **videretur** stehen im Original auf S. 99.

<sup>233</sup> Die Hl. Kongregation de Propaganda fide wurde gegründet von Gregor XV. als Zentrale für katholisches Missionswesen am 6. Januar 1622, kanonisch errichtet am 22. Juni 1622. LTHK<sup>2</sup> 8, 793f.



latim juventutem, rudem admodum, in doctrina christiana instruant, ab legari serio postulat.<sup>234</sup>

Eodem anno die 10 martii, Reverendissimus D. Episcopus Curiensis ab eodem R. P. Provinciali sex Patres concionatores ac confessarios petiit quibus plenaria potestas sacrosancta sacramenta administrandi, donec alia provisio fieret, committeretur.<sup>235</sup>

Rhetia quamvis potissimum alpestris et aspera sit, plures tamen amoenas et frugiferas valles complectitur, populoque frequentissimas; inter quas vallis telina et vallis clavena<sup>235\*</sup> principatum tenent. In asperioribus Rhetiae locis capucini provinciae helveticae plurimum insudarunt, ubi intensissimum frigus, famem, sitim, persecutiones aliasque quamplurimas calamitates perpessi sunt; quae omnia satius silentio involvuntur, quam nimium per se nota amplius praedicantur; nullo etiam dicendi genere satis depredicari possent. (102)

Inter laboriosos, fidelissimos, ac vigilantissimos Rhetiae cultores, non ultimum sibi locum vendicat P. F. Alexius Spirensis, cujus vitam suo loco perstrinximus;<sup>236</sup> sane enim vel in Rhetia maxime spiritus sui fervorem martyriique desiderium quod diu in devoto pectore latuerat patefecit. Enimvero anno 1622, die 28 augusti, cum serenissimus Dominus archidux Leopoldus, per suum belli ducem perillustrem D. Alluickium comitem de Sulty,<sup>237</sup> bellum moveret contra Engadinos, Tavasios, et Pretegauenses, intra decennium insignem de iis victoriam reportavit.

Huic expeditioni P. Alexius Spirensis pro tempore Veldkirchii Guardianus, cum notabili fructu interfuit; qui, priusquam signa praeliaturi conferrent, vexilla, gladios, hastas et cuncta arma bellica benedixit, et universo exercitui, cruce quadam, quam deinceps in omnibus conflictibus antesignanus Crucifixi, praetulit, benedictionem impertiit; unde milites

<sup>234</sup> Der lateinisch abgefaßte Brief im PAL t.118,147f. (Kopie) ist datiert vom 16. Januar 1622, nicht vom 16. Februar 1622; die deutsche Übersetzung bei Della Scala 96 ist ungenau und unvollständig, z. B. ist im lateinischen Text nirgends von Engadin die Rede, sondern nur von „certa loca“.

<sup>235</sup> Das Original dieses bischöflichen Gesuches im PAL Sch 1031, Nr. 4; t.118, 153f. (Kopie)

<sup>235\*</sup> vallis telina, Veltlin; vallis clavena, Cläven, Clevan (ital. Chiavenna) am Fuß des Splüngen- und Septimerpasses. Cläven und Veltlin wurden 1512 von den III Bünden erobert und blieben deren Untertanenland bis 1797. HBL 2,563.

<sup>236</sup> Siehe oben S.174—85.

<sup>237</sup> Alluickium de Sultz — Alwig von Sulz, siehe oben Anm.211. Es handelt sich um die zweite Invasion der Österreicher, als Graf Alwig und Baldiron mit 8 000 bis 10 000 Mann am 31. August 1622 ins Unterengadin einbrachen. Ihr Sieg führte zum Lindauer Vertrag vom 30. September 1622, der den rhätischen Bundesstaat zu einer spanisch-österreichischen Militärprovinz machte. Feldmann und Wirz, Schweizer Kriegsgeschichte 3 (Bern 1925) 71f.; Pieth, Bündnergeschichte (Chur 1945) 209—11.



non aliter animati fuere, quam si thorace divinitus accepto muniti fuissent, jamque certam victoriae promissionem a Deo accepissent.

Anno 1623, F.F. Capucini hospitium Curiae inhabitare coeperunt, ubi in hodiernum diem cum foenore perseverant.<sup>238</sup>

**Rhetia** etsi ut diximus aspera nimis sit et montosa, miri tamen odoris rosam R. P. Fidelem enixa est, qui illam proprio cruore, pro Christi nomine animarumque salute, purpuravit. Notatu dignissimum quod unius anni spatio duo capucini ad 400 ab haeresi absolverint et in gremium Ecclesiae receperint. (103)

### Missio Valesiana

Positum anno 1633.<sup>239</sup>

**Die 16 aprilis,**<sup>240</sup> cum domini Lucernenses, a suis confederatis dominis Friburgensibus, ac etiam aliunde singulari animi voluptate intellexissent, uberes fructus quorundam Patrum Ordinis Capucinatorum, quos in Valesia devotis concionibus ac exemplari vita produxerant, quia vero lingua gallica non omnes in ea regione utuntur, indeque devotus populus, quosdam adhuc patres capucinos contionatores germanici idiomatis desiderabat, ad Patrum intermedium capitulum seu congregationem Badenae indictam scribunt,<sup>241</sup> et magna instantia petunt, ut pro divini cultus ac honoris promotione, nostrae verae ac catholicae religionis incremento, ac tam multarum animarum salute, ipsis ac reliquis catholicorum cantonibus, propter Deum hunc honorem, amicitiam, beneplacitumque exhibeant, nonnullosque Patres concionatores bonos, linguae germanicae bene expertos in Valesiam destinent. Quod a Patribus congregationis concessum est, missioque in Valesiam decreta, D. Nuntio Apostolico etiam adjutore.

Huic missioni praefuit R. P. Andreas a Sursee<sup>242</sup> qui postmodum obiit Subsylvaniae anno 1633, religionis 50, aetatis vero 72; quatuor annis pro-

<sup>238</sup> „In hodiernum diem“ ist aufzufassen vom Standpunkt des Verfassers; tatsächlich ging das Churer Hospiz der Schweizer Kapuzinerprovinz verloren im Jahr 1880. PAL Sch 1374.

<sup>239</sup> Diese Randbemerkung wurde nachträglich vom Verfasser beigelegt und besagt, daß der Abschnitt über Wallis im Jahre 1633 geschrieben wurde.

<sup>240</sup> Der Brief, von dem hier die Rede ist, wurde datiert vom 16. April 1603. Die erwähnte Definitorensitzung fand statt in Baden am 16. April 1603. PAL t.115,179.

<sup>241</sup> Das Original des Schreibens im PAL Sch 1033,1; ed. in HF 2 (1937) 65f.

<sup>242</sup> P. Andreas von Sursee, siehe oben S. 70, Anm. 143.



vincialatus munere functus et definitoris 24. Concionibus suis et pio vi-  
vendi genere religionem catholicam in Valesia conservavit, et haeretica  
pravitate pro virili purgavit; et is ex primis provinciae columnis fuit.

**Obierunt** missionis valesianae tempore P. F. Beatus<sup>243</sup> subsilvaniensis, con-  
cionator; et E. Pius Veldkirchensis, in charitativis pestiferorum obse-  
quiis. (104)

Valesia regio est ipsi Helvetiae confoederata, cujus incolae Seduni olim  
nuncupati fuere, robusti et belligeri. Dividitur autem in superiorem et  
inferiorem. Superior Valesia est proprie Sedunensis tractus qui septem  
dioceses includit, seu conventus, quos Decumas<sup>244</sup> vocant, et populi hi  
dicuntur Viberi et Seduni,<sup>245</sup> et uno communi vocabulo Liberi Valesii  
superiores appellantur, qui quidem lingua Theutonica utuntur.

Valesia inferior lingua Allobrogum<sup>246</sup> utitur, sexque communitatibus con-  
stat, quas vexilla vocant, et obedit superiori Valesiae. Episcopus Sedu-  
nensis toti Valesiae tam in ecclesiasticis, quam in civilibus rebus modera-  
tur, et comes praefectusque Valesiae nuncupatur. Metropolis totius re-  
gionis est Sedunum quae sola in hac regione muris praecinctorum est. Rho-  
danus eam piscibus copiose alit, et strumosi sunt plerique incolae, tam  
viri quam foeminae, quas strumas non deformitati, sed decori ducere vi-  
dentur. Territorium ipsum est fertilissimum tritici, siliginis,<sup>247</sup> hordei et  
vini nobilissimi; praeterea fructibus, croco,<sup>248</sup> pecoribus, lacte, caseo, pis-  
cibus et aliis ad victum necessariis, satis affluit, nec pascua peroptima  
desunt; fera quoque animalia abundant in sylvis, ut ursi, cervi, capreoli,  
apri et id generis. Montes sunt herbis medicinalibus locupletissimi, adeo  
ut hic agaricum<sup>249</sup> et terebinthum<sup>250</sup> colligatur. Sunt praeterea hic mi-

<sup>243</sup> P. Beatus Grüninger von Stans, \* ca. 1591, E 1613, † 1629, begraben in Sitten. PAL t.118, 717—23; war in Bünden tätig 1622—23. SF 4, 35. — P. Pius von Castelmaur aus Rösberg bei Feldkirch, E 1613, † 1629 in Leuk. PAL t.118, 792—805.

<sup>244</sup> Decumae, Zehnten, Zenden, Verwaltungsbezirke des Wallis, denen Bischof Hildebrand Jost 1630 landesfürstliche Rechte abgetreten hat.

<sup>245</sup> Viberi, Viberer oder Jubrer — ein Volksstamm, der das Tal von der Quelle der Rhone bis unter Brig bewohnte; von dort bis unter Sitten wohnte der Volksstamm der Seduni, Seduner. P. Sigismund Furrer OFMCap., Geschichte vom Wallis I (Sitten 1850) 13; Geographisches Lexikon der Schweiz 6,542a.

<sup>246</sup> Die Allobroger, ein keltischer Volksstamm, wohnten um das heutige Genf herum.

<sup>247</sup> Struma — Anschwellung am Hals, Kropf. Merkwürdig, daß der Kropf als Zierde betrachtet wurde.

<sup>248</sup> siliginis, von siligo — eine Art von sehr weißem Weizen, Winterweizen.

<sup>249</sup> croco, von crocum, crocus — Knollengewächs, Frühlingsblütler in zahllosen Farbsorten.

<sup>250</sup> agaricum — Name für viele (bes. eßbare) Schwamm- und Pilzarten. „Fungus est in arboribus nascens, colore candido, medicinae habens vim“. Lexicon totius Latinitatis t.1., Paduvii 1940, p.151b.

<sup>251</sup> terebinthum, — Terpentin, Harzsaft, der aus den Stämmen des Terpentinbaumes oder auch von andern Bäumen, bes. von Kieferarten, gewonnen wird.



nereae crystalli, argenti, plumbi, aeris ferrique. Aquae etiam salubres inveniuntur, ac pluribus in locis scaturiunt, quae diversis morbis conferunt; nuper etiam salis fons repertus est.

**Anno** 1630, decreto R. P. Generalis Sabaudicae Provinciae adscripta fuit Valesia; commodius enim visitationibus aliisque tam laboriosi loci necessitatibus, minori discrimine, incumbere ac vacare potest Sabaudia, quam Helvetia.<sup>251</sup> (105)

## Surlacum sive Surseium

**Anno** a virgineo divinoque partu 1604,<sup>252</sup> oppidum Surlacense tantum hausit, fideli ac sincera mente, de sparsa undique sanctitatis virtutumque excellentia Fr. Minorum capucinatorum Altorfii, Subsilvaniae, Lucernae, etc., degentium, ut Lucernam ubi tunc temporis comitia provincialia celebrabantur,<sup>253</sup> senatus et cives R. D. Gabrielem a Marchach<sup>254</sup> et nobilem D. Praetorem Michaellem Schnider<sup>255</sup> ablegaverint, qui affectu singulari, ipsorum omnium nomine, consensum patrum in suo oppido monasterium aedificandi sollicitate promoverent. Capitulum annuit,<sup>256</sup> annoque sequenti<sup>257</sup> salutiferae crucis signum applaudentibus universis, debito modo erecta resplenduit.

**Anno** vero 1606 in festo Deiparae Virginis quod ad Nives nuncupatur, lapis angularis ecclesiae positus est,<sup>258</sup> et anno 1607 sibi congratulantibus

<sup>251</sup> Klemens XIII. (1758—69) bestätigte durch das Breve „Exponi Nobis“ am 22. Januar 1767 die Einverleibung der Kapuzinerklöster Sitten und Saint-Maurice in die schweizerische Kapuzinerprovinz. PAL Sch 217.4 (4 J 23); Bull. OFM Cap. 8, 366.

<sup>252</sup> Nicht 1604, sondern 1602 gelangte die Stadt Sursee wegen des Klosterbaues an den Rat der Stadt Luzern. PAL Sch 1839.1 n; Th. Liebenau, Geschichte der Familie Schnyder von Wartensee (Luzern 1906) 90.

<sup>253</sup> Das Provinzkapitel fand in **Baden**, nicht in Luzern, am 2.—5. August 1602 statt, und zwar unter dem Vorsitze des hl. Laurentius von Brindisi, der als Ordensgeneral die Provinz visitierte. HF 2,171; SF 47,94—103.

<sup>254</sup> Gabriel Marbach (1596—1644) von Geuensee, Vierherr von Sursee. Carl Beck, Kirche, Pfarrei und Klerus von Sursee (Sursee 1938) 30, 89, 131, 166, 185, 188.

<sup>255</sup> Michael Schnyder (Schnyder von Wartensee), Schultheiß von Sursee 1570, 1581—1628, † 1633. Leu 17,777; HBL 6,225v; Carl Beck, Kirche, Pfarrei und Klerus von Sursee, (Sursee 1938) 185f.; Liebenau l. c. 86 und Tafel III.

<sup>256</sup> Das Provinzkapitel von Baden (1602) entsprach sogleich dem Bittgesuch, das von Empfehlungsschreibern geistlicher und weltlicher Behörden begleitet war. P. General jedoch bestimmte, daß zuerst mit dem Bau in Ensisheim begonnen werde, weil bereits sein Vorgänger — P. Hieronymus von Sorbo — die Niederlassung angenommen hatte. PAL t. 115,169; SF 47, 100f.; Sch 1839.1, n. 5 und 6.

<sup>257</sup> Am 27. Oktober 1605 wurde das Kreuz aufgerichtet. Bürgler 61.

<sup>258</sup> Der Grundstein wurde gelegt am 5. August 1606 vom Abt Johann Jodokus Singeisen, Abt von Muri (1596—1644) und als solcher Kollator der Pfründen in Sursee. M. Kiem,



civibus, sumptibus communibus extractum monasterium fratres feliciter ingressi sunt;<sup>259</sup> ecclesia tamen Beronensis largam eleemosinam pro fabrica promovenda citius liberalissime contulit, et constanter gratiose conferre in hodiernum diem pro fratrum sustentatione non desistit. Locus antea erat tily<sup>260</sup> consitus sub quibus, praesertim nundinarum tempore, quidam somno, quidam lusibus, alii crapulae, et non sine blasphemii indulgebant. Fundum loci exsolvit et florenos<sup>261</sup> mille adjecit nobilis D. Michael Schnider et ferventissima fuit tota communitas in quaerendis (106) ad structuram requisitis.

**Notatu dignum**, quod durante fabrica, nullus unquam damni quidquam sive in corpore, sive in equis aut bobus perpressus sit; singulari Dei auxilio quilibet innitebatur, hac spe fretus, quod si pro capucinis, Dei servis operaretur, sibi nihil mali contingere posse; multoties aurigas, equos et currus saxis lignisque onustos, simul e collibus et saltibus, per valles torrentesque procedendo corruere, quasi perditioni et ruinae proximos, mox tamen praedicta spe plenos salvos consurgere, conspexisset. Venerabilis quidam sacerdos, trabe circa pectus violenter percussus et longe projectus, in nullo tamen laesus, cunctos ad opus alacrius, ferventiusque prosequendum animavit. Tam accepti postmodum semper fere populis fratres, ut soli ultra viginti annos cum summa aedificatione tam dominicis, quam festivis diebus in parochiali ecclesia concionibus vacarint.<sup>262</sup>

**Si qui infirmi, si qui tribulati, aut incarcerati extiterunt**, salutaria semper remedia apud fratres, consilium bonum, consolationem, auxiliumque confidentia singulari quaesiverunt. Numerus poenitentium annuatim ad 9000 quingentos et quinquaginta consurgit. P. F. Antonius Überlinganus<sup>263</sup> 7. Augusti 1629 pie in Domino requievit ibidem, dum magna charitate et compassionis affectu, concionibus et confessionibus pestiferis deserviret.

**Tantam vim et efficaciam in hoc loco saepissime habuit S. Antonii** responsorium ut argentea pocula, vini dolium et his similia, vel perdita vel furto sublata, iterum a suis dominis reperta fuerint. (107)

Geschichte der Benedictiner Abtei Muri-Gries 2 (Stans 1891) 120ff.; Oskar Hunkeler, Abt Johann Jodokus Singeisen von Muri (Mellnigen 1961) 152–56.

<sup>259</sup> Die Kirche wurde aber erst im folgenden Jahr, am 28. Oktober, von Weihbischof Jakob Johann Jodokus Singeisen von Muri (Mellingen 1961) 152–56.

<sup>260</sup> tilla, tilleul – Linde. Jetzt noch beschatten Lindenbäume das schöne Kreuz beim Eingang zum Kloster.

<sup>261</sup> floreni – Florentiner Gulden.

<sup>262</sup> Somit war in Sursee ein sog. Pfarrprediger bestellt, der die Pfarrkanzel alle Sonn- und Feiertage versah. Ein seltener Posten in unserer Provinz.

<sup>263</sup> P. Antonius Kessenring (Rossenring?) von Überlingen, \* ca. 1593, E 1618, † 1629. PAL t. 150, 14 L; t. 118, 179, 1795.



**Pater** quidam familias non procul ab hoc loco degens, binis lebetibus<sup>264</sup> qui multis constabant coronatis, praeter alia chara, noctu furto ablati, invite carens, capucinos adit, rem exponit, et sancti Antonii responsorium sibi recitari a fratribus poscit; qui petitioni illud persolverunt. Finitis quatuor aut quinis diebus, redit paterfamilias, cui cum quaerenti num preces persolutae essent affirmative responsum esset, amplius orate, fratres, inquit, confido enim mediantibus vestris devotis suffragiis, amissa mea me recuperaturum. Reiteratur Responsorium D. Antonii a Fratribus; quid fit? Post biduum adest hilaris paterfamilias narratque lebetem unum sibi de facto restitutum per ipsummet furem, qui petita summa contritione venia, pollicitus sit, et lebetem alterum jam Bernatibus venditum et caetera chara, proxima quaque occasione se certo certius pro posse redditurum.

**In Uffikhou**, qui locus a monasterio Surlacensi sesqui<sup>265</sup> hora distat, nocturno tempore cuidam e domo, duo sacci frumento pleni, pro semine asservati, furto ablati sunt. Accurrit velocius ad monasterium, suffragium S. Antonii a fratribus persolvi instanter petit, annuunt et stant promissis fratres. Suffragii fructus tota nocte vir bonus praestolatur; et ecce, jam corruscante aurora, e domo egrediens, prae foribus saccos, nullo mortaliu visio, restitutos, penitus immutatos ac pristino plenos semine, Deo, Fratribusque grates referens, offendit. (108)

**Hic** tumultatus requiescit F. Arsenius Wormatiensis laicus, qui regulari observantia et multa virtutum segete dives, anno 1634, religionis habens annos 50, aetatis vero 72, ad caelestes sedes evocatur.<sup>266</sup>

**Historia** de ipso non minus lepida quam jucunda de ipso, certa tamen narratur. Cum janitoris onus Badenae quondam obiret, adest ad januam praedicans Tigurinus, qui curiositate impulsus, aditumque monasterii perlustandi causa, petit; admittitur criticus hospes, solusque per horti deambulatoria recreari permittitur. Alebant tunc monedulam<sup>267</sup> Fratres, quam adeo sicurem jucundamque reddiderant, ut a quovis facile se capi permitteret; placet plurimumque verbi ministello arridet suo volatu, familiaritate, ac garritu avicula, illamque nullo conscientiae stimulo pungente, concupiscit, ac eam aucupandi modum impius auceps sedule quaerit, oculos hinc inde gyrando, num quempiam excubias forsitan agentem deprehendat. Dumque se a nemine videri vane arbitratur, ad monedulam accedit, eidem furtivo sibilo blanditur dulcius et captam in peram mittit callidius.

<sup>267</sup> monedula — Dohle.

<sup>264</sup> lebes, lebetis — ein metallenes Becken, eine größere Pfanne, un chaudrin.

<sup>265</sup> sesqui hora — anderthalb Stunden.

<sup>266</sup> Br. Arsen Emery von Worms, \* ca. 1562, † 1634. PAL t. 150, 22; t. 119, 125—28.



Noverat F. Arsenius ad furta, ut ad omnia coetera vitia proclive hoc hominum genus; et idcirco in quodam angulo latens, eidem diligentius invigilat, furtumque propriis detegit luminibus, ac secreto incessu ad januam pergat, eamque laxato, pessulo claudit. Signo campanulae discensum urget Praedicans, advolat Fr. Arsenius, studioque elata voce verba protrahit eodem tono qua ad garritum monedulam allicere noverat; garrit avicula jam nidum Praedicantis abhorrens, furemque prodit; Heus, inquit, bone vir! Arsenius, educ de carcere impio monedulam, et libertati subito restitue; et ex his duobus utrum malueris elige, vel ad magistratum tamquam rei alienae raptor deferri, vel pingues furis scapulas disciplina propriis manibus serio inungi. Unctionem eligit toto corpore contremiscens ministellus, toracem indusiumque exuit, terga denudat, disciplinam arripit, et dorsum insigniter praecinente F. Arsenio psalmo Miserere ungit, quo ad finem perducto, disce inquit deinceps explere factum quod doces verbo, non furari. (109)

### Friburgum Nuithonum seu Helvetiorum

Anno 1609, cum Friburgi Nuithonum quodam in loco crux erecta esset, pro monasterio Fratibus construendo, praesente Adm. R. P. Paulo a Cesena Provinciali Marchiae et Commissario Apostolico,<sup>268</sup> postea loci commutatio facta est in eum locum in quo jam monasterium, ex eleemosinis collectis, constructum consistit;<sup>269</sup> utpote qui altero salubrior, populoque universo commodior. Haec commutatio facta est cum publico beneplacito et autoritate senatus Friburgensis, et a praedicto Adm. R. P. Commissario approbata.<sup>270</sup> Hoc in loco, ut et in adjacentibus, semper fratres singularibus virtutum omnium exemplis, concionibus germanico et gallico idiomate, plurimos ad meliorem vitae frugem reduxerunt, et vitia, fastum coeteraque Deo exosa profligarunt.

<sup>268</sup> P. Paulus Angelini von Cesena, \* 1556, † 1638 im Rufe der Heiligkeit, General des Ordens 1613—18. Lexikon OFMCap. 1297; visitierte im Auftrage des Papstes das Missionshaus Thonon und dessen Missionen im Wallis, Lausanne, Freiburg. Bullarium OFMCap. 2, 181. PAL t. 115, 230f.

<sup>269</sup> Der zuerst gewählte Bauplatz im Griblet, zwischen dem jetzigen Bürgerspital und dem Bahnhof, wurde noch 1609 aufgegeben, und das Kloster wurde an der Murtengasse erbaut. PAL Sch 1443.1 n. 2—4.

<sup>270</sup> P. Paulus von Cesena tadelte wohl den Umtausch des Bauplatzes, aber in Rücksicht auf die Herren von Freiburg erteilte er am 10. November 1609 seine Zustimmung. PAL Sch 1443.1 n. 3; Bull. OFMCap. 4, 33f.



**Eadem** nocte, quae diem immediate praecessit qua de susceptione Fratrum in hoc loco agendum erat, visum esse draconem horrendum per aera volantem, qui tandem supra senatorium aliquamdiu stans, disparuit, relicto vulnere in facie vigilis excubias agentis; quem diabolum fuisse quidam autumant, susceptionem Fratrum impedire volens, quae difficilis admodum fuit pluribus serio resistantibus tam ex clericali, quam saeculari ordine.

**Mirum** hoc accidisse etiam fertur; dominum illum qui locum pro monasterio aptum ab ipso pro digna solutione petitem, pertinaciter renuit, morte subitanea ac improvisa interemptum fuisse; quo tremendo casu resipuit ejusdem uxor, quae aliquando effrons effutiit malle se choreas invisere, quam capucinatorum conciones frequentare; devote enim postmodum interfuit, et pluribus beneficiis Fratres affecit. (110)

### Neoburgum<sup>271</sup>

**Anno** 1612, locus Neoburgi susceptus fuit, non quidem in capitulo, sed per R. P. Alexandrum Uraniensem Provincialem<sup>272</sup> separatim per monasteria, dum visitationi eorum vacaret. Erat prius monasterium vetus Patrum Conventualium, et per 90 annos derelictum; quod consentientibus et prae gaudio collachrymantibus quibusdam senatoribus, superfluis reseratis, ad usum nostrum juxtaque Provinciae ritum accommodatum fuit. Accessit etiam consensus Rdissimi D. Jacobi Constantiensis episcopi et Serenissimae domus Austriae.<sup>273</sup> De ecclesia autem alioquin ampla, chororum duntaxat, navi magistratui relicta, Fratres occuparunt.

**P. F. Fridericus** a Wormadingen concionator, vir singularis erga proximum charitatis,<sup>274</sup> anno 1634 cum Rhingravio Neoburgum denuo obsedisset,<sup>275</sup> pavore trementibus omnibus, civitatem ipse intrepidus egreditur flexisque genibus pro civibus misericordiam ipse adeo efficaciter implorat, ut inexpectatos favores ipsis impetraverit. Quod officii genus et alibi desolatis capucini impenderunt.<sup>276</sup> (111)

<sup>271</sup> Neoburgum — Neuenburg am Rhein, Stadt im badischen Amt Mülheim.

<sup>272</sup> P. Alexander Bucklin (1568—1622). Siehe oben S. 29, Anm. 2.

<sup>273</sup> Jakob Fugger, \* 1567, Bischof von Konstanz 1604—26, der die gegenreformatorische Tätigkeit förderte. Seine Ruhestätte fand er in der Kapuzinerkirche Konstanz. Enchiridion Helveticum Constantiae Episcopalis, Konstanz 1778, p. 26; LHK 4, 442.

<sup>274</sup> P. Friedrich Übelacker von Wollmatingen-Konstanz, \* ca. 1600, E 1620, † 1634. PAL t. 150, 17 D; t. 119, 120, 123f.

<sup>275</sup> HF 1 A, 254.

<sup>276</sup> Als 1675 die Stadt Neuenburg von den Franzosen geplündert und verbrannt wurde, sank auch das Kloster in Trümmer und wurde nicht wieder aufgebaut. SF 6, 160.



## Kinsisheimium<sup>277</sup>

Cum anno 1611, R. D. Joannes Rudelbaum, Praepositus collegiatae ecclesiae S. Martini Rhinfeldae,<sup>278</sup> tanquam commissarius apostolicus, ad Rev. D. Abbatem Stivagiensem Ord. Praem. scripsisset,<sup>279</sup> rogassetque ut de area sua prope Kinsisheimium tantum concedere, quantum monasterio pro Fratibus capucinis aedificando sufficeret, dignaretur, respondit in hunc modum:

**Reverende** in Christo Domine! Responsurus ego super quaesitis a vobis factis, de praediis ruralibus, quae vestri ad nos nuncii dederunt, dubitanter mentē negotium pertractabam, nec quid in re ejusmodi ponderis resolverem videbam. Dubii tamen vapor abiit ut vester in Dei cultum animus, prae oculis mihi est observatus, quippe talis, qui absimilis esse sine gravi animi ingrati culpa non possim; feci igitur, ut potui, quod est omnes meos confratres in unum cogere, ex iisque quid de tali a nostro bono communi, alienatione sentirent, percunctari. Quorum libens ac voluntarius in id fuit assensus, sed conditionalis, scilicet, modo de Sedis Apostolicae beneplacito ac voluntate, res tota discernatur, ac corroboretur. Siquidem Tridentinae Synodi<sup>280</sup> intelligentia haec est, ut de bonis ecclesiasticis, tali loco affixis, nihil defigatur aut alienetur (quod et nostro solemnī, pro vita regulari, sacramento firmatum admisimus) quin Superiorum, ad quos de iis spectat judicare, permissus erga ejusmodi fiat propensus, ac consentiens; quod ubi venerit, de iis quae intra nostrum posse continebuntur, haud difficiles erimus. In quorum fidem praesentes nostrique capituli sigillo solito communivimus. Datum in Monasterio nostro Stivagiensi, 22 octobris 1611. (112)

**Hunc** consensum auctoritate apostolica Illustrissimus D. Ladislaus,<sup>281</sup> Nuntius Apostolicus impertivit die 8 Junii anni 1612 sub sequenti tenore.

Nos, Ladislaus de Aquino, episcopus Venafranus et Nuntius apostolicus in partibus Germaniae superioris, etc.

**Auctoritate** apostolica nobis specialiter concessa, confirmamus omni meliori modo et in perpetuum ratam ac firmam esse volumus ac mandamus

<sup>277</sup> Kinsisheimium (nicht Kinsisheimium, wie der Titel lautet), Kienzheim (Weinbach) im Elsaß.

<sup>278</sup> Rudelbaum Johann, siehe oben S. 206 und Anm. 141.

<sup>279</sup> PAL t. 83, 70ff.

<sup>280</sup> Der Briefschreiber will hinweisen auf die tridentinische Bestimmung der Sess. XXII, cap. XI.

<sup>281</sup> Graf Ladislaus d'Aquino, Bischof von Veglio 1608—13, Apost. Nuntius in der Schweiz, 1616 Kardinal, † 1621. HBL 1, 407. Eine Kopie seines Briefes im PAL, t. 83, 72—74.



donationem factam ab Adm Rdo ac Religioso Abbate et conventu Stiva-  
giensi Ord. Praem.; de area tantae capacitatis et amplitudinis, quae satis  
esse possit ad monasterium capucinatorum extruendum, et suscitandum in  
bona et decenti forma pro more religionis; pronunciantes id in augmen-  
tum divini cultus tendere et cum speciali Sanctae Sedis Apostolicae as-  
sensu dictam donationem celebratam esse. In cujus rei evidens testimo-  
nium, hae nostrae patentes litterae concessae extiterunt. Datae Lugani,  
VIII Junii M.DCXII, Pontificatus S. D. N. Pauli PP. V, anno octavo.

**Fundator** praefati monasterii fuit perillustris D. Comes Lucius de Für-  
stenberg,<sup>282</sup> singularis capucinatorum fautor ac munificentissimus patronus,  
qui in ecclesia ibidem a se extracta sepultus est. Magnos et hic capucini  
labores subierunt, attamen semper manipulos bonorum fructuum plenos  
collegerunt.<sup>283</sup> (113)

### Biberacum<sup>284</sup>

Anno Domini 1606, cum afflatu Spiritus Sancti suavis odor Capucinatorum  
ad Bibracenses delatus fuisset, Consul et senatus Bibracensis binas lit-  
teras ejusdem argumenti ad capitulum Badeniae<sup>285</sup> celebratum scripse-  
runt, unas 16., alteras 17. Augusti datas, quibus nimirum se paratos esse  
ad aedificandum monasterium pro Fratribus significant; patrumque cons-  
sensum, praedicatorum et confessarios pro missione requirunt.

His undecimo septembris responsum est, negotium hoc, non solum pro-  
vinciale capitulum concernere, sed insuper Adm. R. P. Commissarii Gene-  
ralis consensum et beneplacitum requiri, cujus adventus intra aliquot  
menses expectetur;<sup>286</sup> itaque aliquantis per categorici responsi dilationem  
patienter ferant. Quo autem diutius desiderata praestolari debuerunt, eo  
ardentius semper ea ambierunt, et majori cum gaudio et exultatione tan-  
dem concupitis potiti sunt.

<sup>282</sup> Der Stifter hieß nach t. 83, 71 (PAL) Jakob Ludwig von Fürstenberg, Graf von Hohen-  
Landsperg-Fürstenberg, ein schwäbisches Dynastengeschlecht.

<sup>283</sup> Seit 1729 der elsässischen Provinz einverleibt; 1791 aufgehoben. Lexikon OFM Cap. 900.

<sup>284</sup> Biberacum, Biberach, Oberamtsstadt im württembergischen Donaubezirk. Das Kloster  
kam 1668 an die vorderösterreichische Provinz, 1810 wurde es aufgehoben und in eine  
Fabrik verwandelt. SF 6, 161; Romuald 69—76.

<sup>285</sup> Das Kapitel fand in Baden 8.—11. September 1605 statt. In diesen Jahren wurde die  
Provinz mit Bittgesuchen um Gründungen geradezu bestürmt. Im gleichen Kapitel bat  
auch Breisach (Elsaß) um eine Niederlassung. PAL t. 115, 207.

<sup>286</sup> Vom Generalkapitel wurde 1605 P. Michael Angelus Diotallevi von Rimini (\* ca. 1570,  
† 1625) als Generalkommissär für die Schweiz, Lyon, Paris, Korsika und Flandern ge-  
wählt. Analecta OFM Cap. 5, 224 D. Er visitierte die Schweiz im Juli und August 1607



Anno ergo 1615, coeptum est aedificari monasterium Fratrum Minorum capucinatorum Biberaci, expensis generosi baronis D. Joannis Vernheri a Reittnauw,<sup>287</sup> et dominae Veronicae Spättin a Zwiffalten, nec non Dorotheae et Euphrosinae Schüdin a Milltelbiberach et Wartenhausen. Hoc monasterium fuit velut rubens rosa inter pungentes spinas haereticorum, quorum aculeos, tam doctrina quam exemplari vita, saepius inflexit; tandem tempore suetici belli in cineres redactum, in proximo vero, faventibus Superis, gloriosius erigendum. (114)

Non defuit benignissimus Deus, quin et Bibraci in majorem capucinatorum commendationem, singularia Providentiae suae prodigia manifestaret; resultit enim saepius praeclara ac pientissima vidua domina Anna Schidin a Wellenstein, capucinatorum munifica singularisque patrona, utpote quae sola vinum pro sacrosancto missae sacrificio ipsis ex certo dolio quotannis, ut et pro aliis Fratrum necessitatibus largiebatur, se advertisse passim miraculosa Dei benedictione dolium illud non deficere, sed omnino repleri, quod majorem tum in ipsa, tum in aliis devotis mentibus erga Fratres reverentiae et charitatis affectum deinceps accendit.

Miraculum simile Altorfii non minori Providentia Summi Dei contigit; nam pientissima et in capucinos liberalissima domina Imhoff, domini Roll senioris conjux,<sup>288</sup> proprium dolium pro missis et aegrotorum capucinatorum usibus assignavit; ex quo cum tantum et tamdiu hausisset, quod naturaliter tandem nihil amplius capere debuisset, mirum dictu, dolium optimo vino redundans miraculose invenit. (115)

### Enga<sup>289</sup>

Anno 1616 ad supplicationem D. Praetoris, Consulis, majoris minorisque senatus civitatis Engensis, sicut etiam praefectorum, judiciorum et communitatum omnium pagorum superioris et inferioris domini Höuroen,<sup>290</sup> Rev. D. Jacobus episcopus Constantiensis, ad capitulum scripsit

und präsierte das Provinzkapitel, das zu Baden 20.—24. August 1607 stattfand. SF 1, 250; 10,48; HF 2,172 n.19.

<sup>287</sup> Reittnau (Raitnau, Reitnau) bei Lidnau (Bayern). P. Romuald 71, 72, 73.

<sup>288</sup> Es handelt sich um die Gemahlin des Walter von Roll, des Erbauers des Klosters Altdorf. Siehe Fischer, Register S. 334.

<sup>289</sup> Enga, Engen, Amtsstadt im badischen Kreis Konstanz, in der südöstlichen Landschaft Hegau.

<sup>290</sup> Houroen, Hohenhewen, ein Berg bei Engen (848 m hoch), nach ihm die Herrschaft Hohenhewen benannt.



pro loco Engensi recipiendo. Quin et ipsimet litteris suis, una cum Dno decano capituli Engensis ad comitia capucinatorum missis, instantissime petierunt; qui responsum pro votis retulerunt. Et hoc monasterium ex eleemosinis devotorum erectum fuit.<sup>291</sup> (116)

### Thannas<sup>292</sup>

Anno 1610,<sup>293</sup> D. Praefectus, quaestor et senatus Thannensis denuo pro monasterio Fratrum capucinatorum ibidem erigendo avidissime sollicitati sunt, qui locus receptus fuit. Cum autem diuturniorem Fratrum absentiam ferre non possent, anno 1620,<sup>294</sup> nullo Fratrum praesente, ecclesiae fabricam coeperunt; anno ergo sequenti, nimirum 1621, eo Fratres se contulerunt, et 1622, ecclesia a D. suffraganeo Basiliensi consecrata fuit. Et hic praeclara Fratrum exempla, ad devotionem quae antea admodum parva erat, plurimum populum accenderunt. Ex communi aerario et eleemosinis constructum fuit.

Urbe anno 1633 a Sueco milite occupata, P. F. Gotfridus Friburgensis Nuithonum<sup>295</sup> concionator capucinus glande aeneo ab aliquo haeretico milite, instigante et militem remunerante ipso Praedicante, trajectus, post aliquot sebdimanas et maximos perpeccos dolores ac liberatum a vinculis suum occisorem, cui ex animo pepercit, obdormivit in Domino Thannis, ubi sepultus requiescit.

Hoc in loco praeclarum hoc miraculum accidit: Nobilis quaedam mulier, Anna Barbara Schänckin a Schänckenstein, circa annum 1634 puerulum enixa, cum penitus lacte careret ad nutrimentum infantis, in maximis angustiis versabatur; nullis mediis naturalibus, quibus lac provocari potest, parci; sed in vanum; denuo uterum gestat et iterum ubera arentia adeo deprehendit, ut nulla nutriendae prolis spes affulgeret; invocat interea Ordinis capucinatorum suffragia, et oleo Beati Felicis,<sup>296</sup> ab aliquo Fratre

<sup>291</sup> Das Kloster kam 1668 zur vorderösterreichischen Provinz, 1802 als fürstenbergisches Domänengut erklärt, 1820 verkauft um 825 Gl. SF 6,161 n. 8; P. Romuald 103ff.

<sup>292</sup> Thannas, Thann im Elsaß. PAL t. 83, 92—98.

<sup>293</sup> Die Jahrzahl ist nicht sicher lesbar, ob 1610 oder 1617. Nach PAL t. 83, 96 ist aber der erwähnte Brief vom 13. September 1613 datiert. Kopie des lateinisch abgefaßten Briefes: PAL t. 83, 94—96.

<sup>294</sup> Nachdem wiederholte Bittgesuche nicht berücksichtigt wurden, legten die Thanner am 3. Juli 1620 das Fundament zum Kloster, ohne die Ankunft der Kapuziner abzuwarten. Tschamser Malachias, Annales der Baarfüßern S. Franc. ord. 2 (Colmar 1864) 382; PAL t. 83, 96f.

<sup>295</sup> P. Gottfried Haimo von Freiburg, Schweiz (1602—33). Siehe oben S. 43, Anm. 47; P. Candide Clerc, Un martyr de la charité (Fribourg 1948).

<sup>296</sup> Der hl. Felix von Cantalice (1515—87) war kurz vorher seliggesprochen worden: 1. Oktober 1625 und fand darauf in der Provinz rasch große Verehrung.



accepto, cum magna fiducia iterum iterumque ubera inungit; et ecce, mirabile dictu, subito lacte replentur, quo etiam hodie proles abundanter nutritur. (117)

### Cella<sup>297</sup>

Anno eodem nempe 1617, consul et senatus tam minor quam major, per litteras ad capitulum missas pro capucinatorum fabrica in sua urbe construenda, devote institerunt.<sup>298</sup> Hoc monasterium eleemosinis perfectum, belli Suecorum adversum S. Romanum Imperium, ab haereticis omnino destructum fuit; quod anno 1622 in capitulo receptum est,<sup>299</sup> et eodem anno crux erecta, cum populorum exultatione.<sup>300</sup> (118)

### Rottenburgum<sup>301</sup>

#### ad Neccarum

N. B.: Praecedit Cellam et Thannas in petitione.

Anno 1616 consul et senatus Rottenburgensis ad capitulum scribunt,<sup>302</sup> ut Fratres capucini mittantur, qui situm perlustrent, et ratione petita fabricae cum ipsis consilia ineant. Mittuntur Fratres et locus recipitur. Crucis autem salutiferae signum, avide poscentibus<sup>303</sup> consule et magistratu, anno 1622 erigitur, et monasterium ex eleemosinis ad perfectionem perducitur.

<sup>297</sup> Cella, Zell oder Radolfszell, im badischen Kreis und Amt Konstanz. P. Romuald 86—90.

<sup>298</sup> PAL t. 115,311. Dem gleichen Provinzkapitel zu Baden (25.—31. August 1617) lagen nicht weniger als sechs Bittgesuche zur Übernahme von Klöstern vor: Altkirch, Thann, Zell, Werthenstein, Lichtensteig, Bremgarten. PAL t. 115,311.

<sup>299</sup> Auf dem Provinzkapitel zu Solothurn (26.—30. August 1622) wurde dem Bittgesuch von Zell endlich entsprochen; nebstdem hatten noch folgende Ortschaften Bittgesuche um Niederlassungen eingereicht: Delsberg, Trochtelfingen, Rottenburg und Weißensteig. PAL t. 115,413.

<sup>300</sup> Das Kloster wurde 1668 zur vorderösterreichischen Provinz geschlagen. Nachdem Josef II. dem Kloster 1785 das Todesurteil gesprochen hatte, ging es anfangs des 18. Jahrhunderts gänzlich ein. SF 6,161 n. 10; Lexikon OFM Cap. 1440.

<sup>301</sup> Rottenburgum, Rottenburg am Neckar, im württembergischen Schwarzwaldkreis, jetzt Bischofsstadt. P. Romuald 180—86.

<sup>302</sup> Schon seit 1603 waren an die Provinzobern wiederholt Bittgesuche gelangt. Endlich bewilligte das Kapitel zu Luzern (16.—21. September 1616) den Klosterbau in Rottenburg. PAL t. 115,303.

<sup>303</sup> „avide poscentibus“ drückt die heiße Sehnsucht nach dem Kloster aus. Von den Bürgern in Thann ist der Ausdruck noch verstärkt: **avidissime sollicitarunt**. Siehe oben S. 238.



**Quanta** Deus Fratrum adminiculo, hoc in loco, patrarit, vel ex hoc facili negotio patebit; nam paucorum annorum spatio numerus eorum qui, abjurata haeresi, ad gremium orthodoxae Ecclesiae redierunt, et a Fratribus absoluti sacramentaliter, cibo vitae refecti sunt, ad 250 facile assurgit. Porro Rottenburgum promptuarium videtur, vel armamentarium, ex quo arma spirituali assumuntur ad debellandas circumcirca grassantes haereses, et ad multorum millium animarum diu concupitam, jam tandem propinquam, Caesare etiam stimulante,<sup>304</sup> conversionem. Insignes praeterea Provinciae gemmas hoc oppidum efformavit.<sup>305</sup> (119)

## Bremgarten

**Anno** pariter 1617, praetor et senatus oppidi Bremgartensis, ut juxta ipsorum oppidum monasterium capucinatorum extrueretur, tam avide ac instanter supplicarunt, ut voti compotes facti sint;<sup>306</sup> quod monasterium expensis Reverendissimi D. Abbatis Murensis,<sup>307</sup> civitatis aerarii, et elemosinis, ad finem deductum est, circa annum 1620.

**Minime** negligendum, aut ingrata oblivione sepeliendum est, quod cuidam rustico contigit, qui aere alieno pressus, et de novo sua praedia gravaturus e pago suo Bremgartam venit; is mutuo acceptis a quodam trecentis aureis, recta ad macellum pergit, carnemque pro alenda familia emit; cauponam deinde adit, haustum sumpturus, de acceptis nummis gratulabundus, potui et genio<sup>308</sup> paulo nimium indulget; tandem civitatem egressus, corbem in qua carnem et aureos trecentos reconditos habebat, qua potuit diligentia custodire conatus est, sed non diu; fumo quippe vini paulatim ad cerebrum ascendente, obruitur, adeo ut jam in hanc, jam in alteram, ac tandem in gyrum verteretur. Tandem ab urbe procul cadit, et in publica via obdormit, stertitque<sup>309</sup> mero sepultus; privatur ac spoliatur corbe, et omnibus contentis; evigilans, cum charam corbem desperditam esse dolens, gemens, collachrymans comperisset, corbem inclamando, quaerula voce campos replet, mutatus in virum alterum. Bremgartam repetit, singultus et ploratus per plateas comprimere nequit; (120)

<sup>306</sup> Genius kann auch Lebensgenuß bedeuten; indulgere ingenio — das Leben durch Froh-

<sup>307</sup> P. Romuald 182,183.

<sup>308</sup> Das Kloster, seit 1668 der vorderösterreichischen Provinz zugeteilt, fiel dem Aufhebungsbefehl von Joseph II. 1785 zum Opfer. SF 6,161.

<sup>309</sup> Der Originalbrief datiert vom 29. August 1617, im PAL Sch 1319.1.

<sup>310</sup> Johann Jost Singeisen (Singisen) OSB, \* 1537, † 1644, Abt von Muri (1586—1644). HBL 6,376; Hunkeler Oskar, Abt Johann Jodok Singisen von Muri (Mellingen 1961).  
sinn erheitern.

<sup>311</sup> stertere — schnarchen.



creditoris domum ingreditur; narrat infortunium, compatiuntur omnes. En casu adveniunt duo viri Tugienses, qui audita plorantis rustici jactura: Nunquid vos Bremgartenses, RR. Patres capucinos vobiscum habetis? Responsum est: Habemus quidem in aedibus sacello Deiparae proximis, eo quod monasterium necdum sit completum. Sufficit, inquit, ite et orate bonos Patres, ut pro recuperandis a rustico amissis, Responsorium de S. Antonio persolvant more solito. Oratum est, rusticus paulo amplius consolatus; sed ecce, sequenti die summo mane, audivit rusticus ad januam quempiam pulsare. Respexit per fenestram, qui longam absque somno totus consternatus, noctem duxerat; et mirabile dictu, puellam corbem cum aureis trecentis, sola carne deficiente, sibi ostendentem conspicit, quae subito disparuit. Foras erumpens, et exiliens rusticus cum gaudio, non somnium esse, sed maximum miraculum, luce clarius advertit. Excrevit inde major in sacrum D. Antonii responsum devotio, et erga capucinos amor et reverentia.

Ex devotissima inductione ac institutione Fraternitatis Deiparae Virginis non exigua pietatis incrementa prodire; quamprimum enim, promotoribus capucinis, hoc in loco suscepta fuit dicta Fraternitas, omnis populus frequentius ac ferventius sacrosancta sacramenta sibi applicare coepit, processionesque devotissimas instituere, ac uno verbo mores, vitamque in meliores ita mutare, ut novus populus videretur; nec mirum; nam ubi Deiparae augetur cultus, multiplicatur quoque omnium charismatum divinorum animas inundantium fluvius.<sup>310</sup> (121)

## Missio Rhetica

Anno Domini 1622, Serenissimus Archidux Austriae Leopoldus, Friburgi Brisgoiae, 16 februarii litteris scriptis ad R. P. Provincialem, aliquot PP. capucinos ex provincia helvetica in Engaddinam, qui ibidem paulatim juventutem, rudem in summo gradu, in doctrina christiana instruant, ablegari postulat.<sup>311</sup>

<sup>310</sup> Dieser Abschnitt **Ex** klingt wie ein Lobgesang auf die allseitige segensreiche Wirksamkeit des Klosters.

Die Liebfrauenbruderschaft, von der oben die Rede ist, und die durch die Kapuziner gefördert wurde, wurde am 15. Juni 1452 gestiftet und zwar für Schmiede, Schlosser, Wagner, Zimmerleute, Tischmacher, Weber, Kürschner, Küfer und Seller, die auf den 5. Oktober eine große Jahrzeit gestiftet hatten. Am 21. Mai 1515 wurde eine eigene Liebfrauenpründe errichtet; und es wurde gestattet, daß jedermann aufgenommen werden könne. Bürgisser Eugen, Geschichte der Stadt Bremgarten im Mittelalter, in: Argovia, Jahresschrift der Historischen Gesellschaft des Kantons Aargau. 49. B., S. 120, 131.

<sup>311</sup> Siehe oben Anm. 234.



Eodem anno die 10 martii, reverendissimus dominus episcopus curien-  
sis,<sup>312</sup> datis litteris ad R. P. Matthiam Provinciale, petiit ut ad curien-  
ses partes, Helveticae capucinatorum provinciae insertas, sex patres con-  
cionatores et confessarios, cum plenaria, usque dum de saecularibus ad  
id deputandis sacerdotibus providere liceat, sacrosancta administrandi sa-  
cramenta potestate destinet.<sup>313</sup>

**Plurimum** conducet brevissima Rhetiae descriptio ut labores, quos Fra-  
tres capucini Helvetiae eo destinati, perpessi sunt, magis appareant.  
Rheti populi cisalpini et transalpini, hodie Grisones vulgo vocantur. Ho-  
rum loca **caninos**<sup>314</sup> **campos** Ammianus Marcellinus<sup>315</sup> vocat; at germa-  
nice dicuntur **Graupuntnen**, quod nihil aliud sonat, quam **cani confoede-  
rati**; hi autem a meridie sunt Helvetiae, ac inter Adduam,<sup>316</sup> Ticinum et  
Tirolis comitatum conclusi, ac nonnihil hos amnes egredientes. Qui sane  
populi aspera, ardua, inaccessaque loca ut plurimum incolunt, unde li-  
bertate sua facile fruuntur, nulli principii se subjicientes, sed reipublicae  
more sese gubernantes, suntque Helvetiis confoederati.

**Horum** itaque regio quamvis alpestris majori ex parte sit, plures nihilomi-  
nus amoenas ac frugiferas valles (122) complectitur, populoque frequen-  
tissimas; inter quas vallis Telina et vallis Clavena,<sup>317</sup> nuper ad mediola-

<sup>312</sup> Es betrifft Johannes V. Flugl von Aspermont, \* 1548, † 1627, Bischof von Chur 1601–27.

<sup>313</sup> Siehe oben Anm. 138. Das Schreiben des Bischofs (10. März 1622) hat der hl. Fidelis mit seinem Brief, den er an P. Provinzial am 17. März 1622 gerichtet hat, an das Provinzialat befördert. HF 6,35: „ut et videre poterit ex huic adjacentibus litteris Rmi. Episcopi.“

<sup>314</sup> „caninos campos“, canini — hündisch (canis). Der Satz findet sich in: Aemilianus Marcellini Rerum gestarum, Liber Decimus Quartus, und lautet: „Imperator egressus in Rhaetias camposque venit Caninos“. Zitiert nach der Ausgabe: *Historiae Romanae Scriptorum Latini Veteres* (Aurelianae 1532), tomus secundus S. 420 b, dritte Linie. Von den deutschen Übersetzern wird der Satz also wiedergegeben: „Der Kaiser selbst zog mit ins Feld, und man kam nach Rhätien und in die Caninischen Felder.“ Nach der Anm. sind die Caninischen Felder „Am Tessino und Lago Maggiore“ zu suchen. Aemilianus Marcellinus, *Römische Geschichte*, übersetzt von Ludw. Troß und Carl Büchele 1 (Stuttgart 1853) 79. — Andere verlegen campi canini in die Gegend, wo die Stadt Chur erbaut ist. Leu 5, 1751, p. 41. Das Wort canini leiten frühere Schriftsteller von canus — alt, grau, ab, wovon der Name Graubündner komme. Leu 1.c.: Stumpf, *Chronik Helv. X*, cap. 13, S. 331; Sprecher *Fortunat, Pallas Rhaetica Armata*, Basel 1617, S. 22, 221.

<sup>315</sup> Ammianus Marcellinus, um 330–400, römischer Geschichtsschreiber aus Antiochia. Seine Werke, soweit sie auf uns gekommen sind, wurden oftmals ediert; er schrieb eine meisterhafte und unparteiische Kaisergeschichte von Nerva bis Valens. *Großer Herder* 1, 524. L Th K<sup>2</sup> 1,440f. Dieser Name, den P. Rudolf wie zufällig erwähnt, ist überaus wichtig, weil er uns eine Quelle verrät, woraus P. R. seinen reichen geographischen und geschichtlichen Stoff geschöpft hat.

<sup>316</sup> Addua, Adula — die östliche Hälfte der lepontischen Alpen, welche sich vom Gott-hard bis zum Splügen erstrecken und die Grenze zwischen Kanton Graubünden und Kanton Tessin bilden. Anderes bei alten Schriftstellern. *Geographisches Lexikon der Schweiz*, 1, 19 f.

<sup>317</sup> Siehe Anm. 235 \*



nensem ducatum pertinebant; jam vero excusso Grisonum propemodum jugo, seipsas gubernant. In duas autem curias antiquum oppidum aliquando magistratus provinciae sedes fuit, unde illi datum nomen videtur, quod quidem inter Mediolanum et Brigantiam jacet et Chur hodie nuncupatur.

Prima curia Vallem Clavenam; secunda Vulturenam, seu vallem Telinam habebat, quae peramoena est, frequens oppidis, pagis vicisque, et sexaginta milliaribus longa et ubi latior quatuor protensa, quam quidem mediam interfluit Addua fluvius. Nunc vero populare dominium habet trium foederum, quorum unum **Caninum**, alterum **Ecclesiae Curiensis**, tertium **Decem judiciorum**<sup>318</sup> vocatur; seu ut alii volunt, in tres pagos, seu conventus, qui vulgo **Leghe** dicuntur, partiti sunt, qui sunt **Grisa**, **Domus Dei** et **Leodritura**.<sup>319</sup> Grisiae pagus, vulgo **Lega della Grisa**, praestantior est coeteris, qui vallem **mesolinam**,<sup>320</sup> et vallem **calancam**<sup>321</sup> ad Italiae fines, complectitur, ac alias praeterea transalpinas valles, quas **Rhenus**, **Glener** et alii amnes abluunt. **Domus Dei**, pagus, vulgo **Lega della casa di Dio**, possidet Coyram cum circumvicinis agris qui omnes olim episcopo curiensi subjecti erant. **Leodriturae** pagus, vulgo **Lega di Leodritura**, in Tirolis comitatus confinio jacet, cujus ager sterilior ac caeteris asperior est.

In asperioribus hujus provinciae fere locis, capucini provinciae helveticae habitarunt, ubi intensissimum frigus, sitim, famem, vulnera ac persecutiones varias saepissime perpessi sunt; et P. Fidelis martyrium, ut suo loco dictum est,<sup>322</sup> quae omnia satius silentio involvuntur, quam per se nimium nota, amplius praedicantur. (123)

Inter fidelissimos et vigilantissimos Rhetiae cultores, non ultimum sibi locum vendicat P. Alexius Spirensis, cujus vita superius posita est;<sup>323</sup> sane enim, vel in Rhetia maxime et spiritus fervorem et martyrii desiderium, quod diu latuerat in devotissimo pectore, patefecit. Nam anno 1622 die 28 augusti, eum serenissimus Dnus Leopoldus Archidux Au-

<sup>318</sup> foedus decem judiciorum — Zehngerichtebund.

<sup>319</sup> Grisa, Domus Dei, Leodritura; diese Substantive, wie auch alle in diesem Abschnitt unterstrichenen Wörter, sind im Original rot geschrieben.

<sup>320</sup> Vallis Mesolina — Mesolcina (Kanton Graubünden) oder deutsch Misoxertal, das von der Moesa durchflossen, sich von San Bernardino (Vogelsberg) südlich bis nach Roveredo erstreckt; das längste der nach Süden gerichteten Täler Graubündens. Geographisches Lexikon der Schweiz 3,347 f. Das Tal wurde als vollberechtigtes Mitglied des Obern Bundes aufgenommen am 4. August 1496. ZSK 59 (1965) 21.

<sup>321</sup> vallis calanca — Calanca-Tal, Kanton Graubünden, Seiten- und Paralleltal des Misox, im Bezirk Moesa. Geographisches Lexikon der Schweiz 1. c. 1,402.

<sup>322</sup> Siehe oben S. 215 ff.

<sup>323</sup> Siehe oben S. 174—186.



striae per suum Generalem perillustrem D. Alluig, comitem de Sultz,<sup>324</sup> bellum moveret contra Engadinos, Tavasios<sup>325</sup> et Pretegauenses, intra decennium insignem de eis victoriam reportavit. Huic expeditioni P. Alexius Spirensis, Guardianus Veldkirchensis pro tempore, cum fructu interfuit; qui priusquam signa conferrent, vexilla, gladios et arma bellica benedixit, ac toti exercitui cruce quadam, quam deinceps in omnibus conflictibus, antesignanus crucifixi praetulit, benedictionem impertiit. Unde non aliter animati fuere, quam si thorace divinitus induti fuissent, jamque victoriae certam a Deo promissionem habuissent.<sup>326</sup>

**Quadragesimali** tempore anni 1623, hospitium Curiae a Fratribus capucinis inhabitari coeptum est, et adhuc inhabitatur.<sup>327</sup> (124)

### Uberlinga<sup>328</sup>

Anno 1621, consecrata est ecclesia capucinatorum a Reverendissimo D. Jacobo episcopo Sebaste, suffraganeo Constantiensi,<sup>329</sup> ex eleemosinis cum monasterio constructa. Anno autem 1634 simul cum monasterio in bello suetico, ne civitati obsesset, demolita; quae quidem civitas adhortantibus capucinis, de hostibus qui eam obsidione adeo crudeli et vehementi cinxerant, ut vix unquam talis obsidio vel potius barbaries audita sit, gloriose triumphavit. Anno 1630 in hoc loco accidit mirabilis casus quidam. Novitius nomine Silvester ex civitate Friburgensi Brisgoiae mortuus est<sup>330</sup> et post mortem pluribus apparuit. Interrogatus a Guardiano quid petat, respondit se negligentem fuisse in recitando officio pro defunctis, et nimis diu semper distulisse; ob quam causam se hic agere poenitentiam ex divina ordinatione asseruit. Postquam autem magister novitiorum missam pro illo dixit, non amplius comparuit.<sup>331</sup> (125)

<sup>324</sup> Alwig von Sultz; siehe oben Anm. 211 und 237.

<sup>325</sup> Tavasii: Bewohner des Tavetsch, der obersten Talstufe des Vorderrheins und des Bündner Oberlandes. Geographisches Lexikon der Schweiz 6,1.

<sup>326</sup> Über den gleichen Vorfall hat P. Rudolf fast mit denselben Worten schon berichtet. Siehe oben S. 220. Eine Gedächtnisschwäche?

<sup>327</sup> Siehe oben Anm. 138.

<sup>328</sup> Überlinga, Überlingen, Bezirksamtsstadt im badischen Kreis Konstanz.

<sup>329</sup> Es handelt sich um Jakob Johann Mirgel, Weihbischof von Konstanz um 1597 bis ca. 1629. Titularsitz von Sebaste.

<sup>330</sup> Fr. Silvester von Freiburg, E 16. März 1630, † 13. September 1630. PAL t. 150, 25 V; t. 115, 513.

<sup>331</sup> Das Kloster kam 1668 zur vorderösterreichischen Provinz, 1803 wurde es aufgehoben. SF 6,161 n. 7; P. Romuald 212–21.



## Brisacum<sup>332</sup>

Cum serenissimus Leopoldus archidux Austriae periculosissima infirmitate adeo gravaretur, ut aliud physici, praeter animae separationem non expectarent, vovet dictus serenissimus princeps Deo, Deiparae, seraphico P. S. Francisco et curiae triumphanti, se propriis sumptibus monasterium Brisaci aedificaturum, si pristinae restitueretur sanitati; emisso voto, mira res, respirare coepit, et paulatim pristinas vires resumpsit, votumque adimplevit.<sup>333</sup> (126)

## Ravespurgum<sup>334</sup>

Hoc monasterium capucinatorum aedificatum fuit ex eleemosinis.

Anno 1634, dum Ravespurgum miles Suecus occupasset, duo proterviores caeteris, auri que magis cupidi, monasterium capucinatorum ingressi, calices a Fratibus petierunt, quos cum jam in aperto loco pro celebratione exposuissent, ad quem ipsimet accesserunt, eos tamen, divinitus haud dubie obcaecati, minime viderunt, mirantibus et Deum laudantibus Fratibus, qui stat in circuitu populi sui.<sup>335</sup>

Ibidem, eodemque anno, petulans quaedam et effrons capitanei cujusdam sueci uxor, cum suis sodalibus, assignata hora duodecima pomeridiana, monasterium capucinatorum ingredi decrevit, sed ea ipsa hora gravissimo morbo correpta, a prohibita curiositate impeditur. Utensilia ibidem diu furto ablata, S. Antonii responsorii virtute redduntur.<sup>336</sup>

## Obernhemium<sup>337</sup>

Hoc monasterium capucinatorum similiter ex collectis eleemosinis constructum est.<sup>338</sup> (127)

<sup>332</sup> Brisacum, Breisach (Altbreisach), im badischen Kreis Freiburg.

<sup>333</sup> Gründung 1625; 1700 zur vorderösterreichischen Provinz, 1803 aufgehoben. SF 6,161 n.7; P. Romuald 82—86.

<sup>334</sup> Ravenspurgum, Ravensburg, Oberamtsstadt im württembergischen Donaukreis.

<sup>335</sup> Baur Johann Bapt. OFM Cap., Die Kapuziner und die schwedische Generalität im dreißigjährigen Krieg (Brixen 1887) 35f., 43.

<sup>336</sup> Bei der Provinzteilung 1668 kam das Kloster an die vorderösterreichische Provinz, 1803 erfolgte die staatliche Aufhebung. P. Peter Baptist Zierler, OFM Cap., Das Kapuzinerkloster in Ravensburg (Ravensburg 1910); SF 6,162 n.13. P. Romuald 159—67.

<sup>337</sup> Obernhemium, Oberehnheim (Obernai), Elsaß.

<sup>338</sup> O guter P. Rudolf, nur einen Satz weißt du uns zu berichten! Das Kloster, 1627 gegründet, kam 1729 zur elsässischen Provinz, 1791 aufgehoben. Archangelus Sieffert OFM Cap., Zur Geschichte des Kapuzinerklosters Oberehnheim, in: Archiv für Elsässische Kirchengeschichte. XVI. (Rixheim 1943) 273—300; PAL t. 83,111—123; SF 6,166 n. f. n. 5.



## Delsperga<sup>339</sup>

Anno Domini 1622, die 26 augusti, celebratum fuit capitulum provinciale capucinatorum Solodori,<sup>340</sup> ad quod scripsit Rev. Episcopus Basiliensis D. Wilhelmus Ringg a Baldenstein,<sup>341</sup> insignis capucinatorum fautor, pro monasterio Delemonti construendo, vel saltem pro missione eo destinanda Patrum tam germanicae quam gallicae linguae peritorum.<sup>342</sup> Huic responsum, missionem hoc tempore esse impossibilem, mittendos tamen duos, qui caeteris operariis in vinea Domini tam concionibus habendis quam confessionibus excipiendis auxilio sint futuri,<sup>343</sup> quod tempore adventus et quadragesimae non sine notabili fructu executioni mandatum fuit; adeo ut, senatus et universus populus a petitione monasterii deinceps cessare noluerint.

Anno ergo 1626 ad capitulum capucinatorum provinciale<sup>344</sup> RduS ac doctiss. D. Servatius Molitor, SS. Theologiae Baccha.<sup>345</sup> et Salisgaurdiae Decanus,<sup>346</sup> scripsit commendatitias missionis capucinatorum Delspergensis a Patribus tandem concessae, simulque monasterium ibidem fabricari obnixè rogavit, in hunc modum:

Adm. Rever. in Christo observandissimi Patres! Cogitanti mihi, Reverentiis vestris observandissimis in spiritu seraphici Patris vestri S. Fran-

<sup>339</sup> Delsperga, Delsberg, Delémont (Kanton Bern).

<sup>340</sup> Das Provinzkapitel fand statt in Solothurn 26.—30. August 1622. Es lagen ihr fünf Bittgesuche um Niederlassungen vor: in Delsberg, Trochtelfingen, Rottenburg, Radolfszell und Weißensteig. SF 3, 36—38.

<sup>341</sup> Wilhelm Rink von Baldenstein, Bischof von Basel 1603—28, † 23. Oktober 1628. Vautrety, Histoire des Evêques de Bâle, S. 177—90.

<sup>342</sup> Das Original und eine ältere Abschrift im PAL Sch 1382.2, Nr. 1. Der Brief, datiert vom 27. Juni 1622, lautet: „Quantum ab aliquot annis in desiderio nostro fuerit, loco Civitatis Altkrichensis, ... videre Monasterium Ordinis vestri erectum, et quidnam obstitit, omnibus pene exploratum est. Quia vero amorem et cupiditatem, qua adversus ordinem trahimur, nunquam deposuimus, id semper egimus et curavimus, ut in nostro territorio, ubi utraque tam saeculari, quam Ecclesiastica potitur Iurisdictione, Monasterium Ordinis excitatum videre liceret; Est igitur locus non solum ratione situs, verum etiam quo ad viciniam multae fructificationis in Civitate nostra Delemontana ad hoc valde percommodus. ... Ad scopum igitur nostrum ... nihil aliud ex animi sententia cuperemus, quam si Missionem aliquam saltem trium aut quatuor personarum, utriusque tamen linguae, tam Gallicae quam Germanicae peritarum, interea temporis eo destinarent ... enixe rogamus. ... Copiosam enim habituri messem, non solum Subditis nostris Germanis; adhuc in Catholicismo novellis robur addendo, verum etiam vicinis Gallis, omnem suppeditando occasionem, ut relicta falsa, ad veram pro ut speramus, revertantur religionem. ...“

<sup>343</sup> Unter den zwei Kapuzinern, die für die Advents- und Fastenzeit nach Delsberg gesandt wurden, finden wir unsern P. Rudolf von Mömpelgard, also den Verfasser dieser vorliegenden Edition. Eine Kopie des Briefes, worin dem Bischof von Basel dieser Beschluß mitgeteilt wird, im PAL Sch 1382.2 Nr. 2, datiert vom 31. August 1622.

<sup>344</sup> Das Provinzkapitel fand statt in Luzern 4.—9. September 1626. Als dritter Definitor wurde gewählt P. Apollinaris Roy von Sigmaringen, der leibliche Bruder des hl. Fidelis, der vor vier Jahren den heiligen Martyrertod erlitt. HF 2, 175. Nr. 38.

<sup>345</sup> Bacch, Baccalaureus.

<sup>346</sup> Molitor, latinisiert für Müller; das Dekanat Salisgaurdia (Salzgau) entspricht dem heutigen Dekanat Delémont mit 15 Pfarreien.



cisci congregatis, post salutis et obsequiorum nostrorum paratissimorum oblationem, tam meo, quam totius cleri nostratis nomine, grate et compendiose valde referre, quantos per missionem Delspergensis meritorum fructus, apud nos collegerint, mox occurrit illud, quod Actorum Apostolicorum conscriptor D. Lucas, c. 14 de divo Paulo et Barnaba (128) succincte narrat, eos nempe Antiochiam reversos, ecclesiae prius convocatae retulisse, quanta fecisset Deus cum illis, et quia aperuisset gentibus ostium fidei.<sup>347</sup> Ubi sacer scriptor aperte dicit, apostolos a se gesta ecclesiae congregatae retulisse; ipse tamen quae illa sint gesta minutim minime recenset, arbitratus sufficere nobis dixisse generatim, quod ipsi apostoli retulerint, quanta fecisset cum illis Deus, ostiumque fidei gentibus apertum. Unde facili conjectura nobis liquere possent ea specialius, vel ex eo quod fidei ostium per ipsos Deus gentibus aperuisset. Ita Adm. RR. Patres, suffecerit dixisse me narraturum quanta fecerit Dominus per RR. Patres vestros in missione Delspergensi, quamvis singula speciatim non narrem, tum quia sanctiorem illa requirunt praekonem. Et vero etiamsi curiosius recensere sigillatim singula velim, non possim, tanta et tam multa sunt, tum quia illa R. P. Praesidens,<sup>348</sup> uti eorum perceptor, prosequi melius possit, et oretenus explicare; tum quia, ex eo quod per hanc missionem clerus reformetur, plebs aedificetur, sacramenta frequententur, vitia extirpentur, virtutes plantentur. Et vel hinc maxime quod ostium fidei gentibus aperiatur, facillime sit Ritiis VV. observandissimis conjicere quanta cum patribus suis, fecerit in vinea nostra Deus. Nam et quod gentibus haeresi depravatis, ostium fidei apertum sit, testantur abunde illi quos memoratus P. Praesidens jam ab haeresi absolvit, quod si Adm. RR. Patres, non solum missionem hanc continent, sed sibi monasterium construi apud nos benigne patiantur, conversiones ejusmodi haereticorum et fructus innumeri porro sequentur. Siquidem apud nos messis multa, operarii pauci, (129) praecipue qui verbo et opere potentes, (quales sunt Patres seraphici), vineam Domini, quae apud nos est, excolant. Est enim vallis nostra Delspergensis, multa animarum millia et plusquam 33 insignes pagos complectens, haereticis fere incincta, qua quidem austrum spectat grandi valle, cujus aliquando per RR. Patres conversionis magna spes affulget; qua vero aquilonem Basiliensi terra,<sup>349</sup> qua occidentem sancti Hymerii<sup>350</sup> valle, et Francomontensi<sup>351</sup> di-

<sup>347</sup> Apostelgeschichte 14, 27f.

<sup>348</sup> Praesidens, der Obere eines noch im Bau befindlichen Klosters; hier in Delsberg war es P. Rudolf, der aber seinen Namen ausläßt, während in der Kopie (t. 118, S. 586) der Name P. Rudolphus steht.

<sup>349</sup> Im Original steht Lerna, was offensichtlich ein Schreibfehler ist; in der Kopie des Annalisten (t. 118, 587) steht terra.

<sup>350</sup> grandis vallis, französisch Grandval, deutsch Granfelden, ein Tal im Bernerjura, Amtsbezirk Münster. BHL 3, 635a. Sancti Hymerii vallis, St. Immortal im Bernerjura, gehörte zur Herrschaft Erguel, jetzt Amtsbezirk Courtelary. BHL 2, 21.

<sup>351</sup> Francomontensis ditto, Herrschaft der Freibergen, französisch Les Franches Montagnes,



tionem, haeresi item depravatis, clauditur, interjacet tantum Mons liber,<sup>352</sup> multorum insignium pagorum numero celebris, uti et zelo orthodoxae romanae religionis, et multorum millium animarum ferax. Utiq[ue] magnus merendi campus sese Rdis Adm Patribus aperit, dummodo operarios nobis benevole submittere et ipsis monasterium, unde contra lupos excurrant, aedificandi licentiam concedant, quod maximis precibus et summis votis rogamus. Erit opus Deo Opt. Max. acceptissimum, et nobis gratissimum, nullaque oblivione unquam delendum. Valeant in Christo Adm RR Patres, quibus mea obsequia, officia et studia paratissima animo demisso offero et simul sanctissimis ipsorum sacrificiis et precibus impense commendo. Delspergae, dominica post Pent. 13,<sup>353</sup> anno 1626.

Adm Rdarum RR.W. in Christo,

Officiosissimus servus, Servatius Molitor, SS.Theol.  
Bacc. ibidem Rector et Salisgauriae<sup>354</sup> Decanus.<sup>355</sup> (130)

Sane vix dici potest, quanta brevi tempore fecerit Deus per famulos suos capucinos in hac valle et in circumjacentibus locis; unde non immerito parochus quidam exemplaris vitae dixerit, se vix arbitrari angelos ipsos, si de caelo in dictam vallem descenderent ad illam excolendam, plura efficere posse, quam capucini praestiterunt. Nam quamplurimi qui a multis annis sacrilege confessi communicaverant, conversi, contritique, pura mente sanctissimis sacramentis frui didicerunt.<sup>356</sup> (131)

Amtsbezirk des Kanton Bern, mit 17 politischen Gemeinden. Geographisches Lexikon der Schweiz 2,146b f.

<sup>352</sup> Mons Liber, gemeint ist wohl der Schwarzberg, französisch Le Noirmont (1034 m). Geographisches Lexikon der Schweiz 2, 147a.

<sup>353</sup> Dominica 13 post Pent. fiel 1626 auf den 30. August.

<sup>354</sup> Salisgauria, Salzgau im Bernerjura. Darüber schreibt Leu 16,61:

„wird genannt die Gegne, welche sich von Sogern hinauf durch das Dellsperger Amt und Münsterthal, beyderseiths in das Gebirg und die Dub hineinziehet, in dem Gebiet des Bischthums Basel: Die Ursach des Namens soll von keiner darin befindlichen Salz-Quellen herühren, und vermeinen einige, daß durch die durch Pierre pertuis gemachte Straß, darin aus der Sequaner Landschaft vieles Salz nach Aventicum geführet worden, und villeicht an einem und andern Ort darin Niederlagen des Salzes angelegt gewesen, danhen dieser Namen entstanden seyn möchte; es hat auch eines deren Capitulen, in welche das Bischthum Basel eingetheilt; den Namen darvon.“

<sup>355</sup> Eine Kopie des Briefes im PAL t.113, 585–88. Der Text weicht ein wenig ab von dem hier von P.Rudolf überlieferten, indem nämlich P.Rudolf jene Stellen, wo er erwähnt wird, kürzt oder seinen Namen darin ausläßt – aus Demut!

<sup>356</sup> P.Rudolf wirft einen dankbaren Blick auf die große Ernte im Weinberg des Herrn, die in kurzer Zeit die Kapuziner eingebracht haben. Der musterhafte Pfarrherr vergleicht sie deshalb mit Engeln, die vom Himmel gestiegen. Welches Lob!